De codicum Herodoti fide atque auctoritate.

Codicum Herodoti tres familiae secernendae sunt, quarum *prima* Mediceum, Passioneum, Florentinum, Ascevianum (= MPFK), *altera* Sancroftianum, Vindobonensem (= SV), Vallae librum, alios, *tertia* eos complectitur codices, qui cum medium quendam teneant locum inter primae alteriusque familiae codices, haud magni faciendi sunt (Parisini, Vaticani, Ambrosianus, Urbinas).

Ac *primae* quidem familiae libri (= MPFK), quanquam interdum levioribus scribendi mendis depravati tamen reliquis omnibus longe sunt emendatiores, integriores et in Herodoti scriptura constituenda plurimum habent auctoritatis. Quam sententiam firmissimis stabilivisse mihi videor argumentis in dissertatione, qua recentiores Herodoti editiones inde a Gaisfordiana recensui (Philol. XXI p. 79—100). Quorum quattuor librorum ex uno eodemque fonte oriundorum Mediceum (= M) esse principem, cuius primariae sunt partes in constituendis Herodoti verbis, comprobare studui in Philol. XII 201 sq. X 710 XI 275 XXI 79—100 et in curis Herodoteis Lunaeb. 1862 p. 12. 13. De hoc quidem praestantissimo omnium codice, a me annis 1856. 1857. 1864 excusso, qui signatur Mediceus primus plut. LXX cod. III, haec scripsit Bandinus in catal. codic. Laurent. II 657: *Codex membranaceus Ms. in Fol. minori saeculi X optime servatus cum notulis quibusdam in margine, seu summariis charactere minori sed quadrato; nullisque accentibus et spiritibus instructo exaratis; tituli vero librorum uncialibus litteris aureisque sunt descripti. correctiones quaedam manus multo recentioris occurrunt in principio, quae deinde in progressu fiunt rariores. constat foliis scriptis* 374. *continet hic vetustissimus codex et omni laude maior Historiarum Herodoti libros IX totidem Musarum nominibus inscriptos.*

Literae scripturae codicis assimilatae (Facsimile quod appellamus) sunt hae:

VI 33.



Quem librum cum primus quod sciam post Gronovium (1675) inspexerim, repetere iuvat sententiam quam ipse de Mediceo libro exposui in Philol. XI 203: *Es gehört diese Pergamenthandschrift zu den schönsten und ältesten der Laurentiana. Die an Unzialschrift oft anstreifenden Schriftzüge sind gross und sehr deutlich, wenngleich das Lesen oft dadurch erschwert wird, dass die Handschrift ohne alle Interpunction und Absätze fortgeschrieben ist und zwar so, dass sehr häufig die Endungen oder Endbuchstaben eines Wortes zum folgenden Worte gezogen sind. Abkürzungen hat die Handschrift nicht, selbst nicht in den Endungen; ebensowenig findet sich iota subscriptum statt des regelmässigen ascriptum. VI 23 beginnt eine andere Hand, die das Ganze vollendet, in etwas kleinerer, zierlicher Schrift, die aber nicht weniger deutlich ist als die erste Hand. Die Schreibweise ist dieselbe. Mit dem Laurentianus A des Sophocles, Aeschylus, Apollonius Rhodius verglichen, sind die Schriftzüge unseres Mediceus weit grösser, sowie sauberer und schärfer; doch ist die ganze Schreibweise, die Gestalt der Buchstaben, besonders die Bezeichnung der Diphthongen sonst dieselbe. Beide gehören unstreitig in dieselbe Zeit. Die Vorzüglichkeit der Handschrift erkannte schon Iac. Gronov, welcher dieselbe 1675 einer genauen Vergleichung unterzogen hat.*

Hinc magna debetur Gronovio laus, qui membranarum Medicearum fidem et auctoritatem plurimi esse aestimandam primus intellexit, quanquam concedendum est nimiam codicis venerationem haud raro induxisse Gronovium ut vel manifestissimos librarii errores saepenumero pro genuina Herodoti scriptura arriperet. Prudenter, ut solet, hac de *stupida Medicei veneratione*, quam postea Schweighaeuserus Gronovio imputavit, Wesselingius in dissertat. Herod. IX 91: *Celebratissima MS Florentini (i. e. Medicei) est fama: unicus, omnium optimus, antiquissimus, cui nihil par aut secundum, et ex quo sola Herodotea suavitas et elegantia in integrum restitui possit, habitus is liber est. Iac. Gronovius, vir celeberrimus, quem iuvenis docentem audivi ac admiratus sum, eum diligentissime versavit et complura inde bonis avibus pristina donavit suavitate: ita tamen eius excellentia abreptus, ut, quod ipse alibi, fere nimio studio in Mediceas membranas abductus dici queat. non mihi consilium est, de praestantia eius codicis quidquam detrahere: multis egregiam operam praestitit, lucem aliis adspersit, nonnulla in desperatis habita, salute reddita felicissime adiuvit. omnes tamen uni postponere, ut tanquam umbrae volitent nullique rei sunt, nescio quid dicam. imo vero opinor vix ullum priscae vetustatis scriptorem dari, qui in tanta rerum vicissitudine et tot corruptelae occasionibus unarum ope schedarum refici possit, sed aliorum patrocinio atque auxilii concursu indigere.* Ut rem paucis comprehendam, manet Mediceo in Herodoti verbis constituendis sua ac propria auctoritas, etsi hoc quidem minime dubitare licet quin Mediceus ipse, ut Urbinas Isocratis, Laurentianus Aeschyli et Sophoclis, codex Σ Demosthenis, haud paucos locos corruptos exhibeat, quibus reliquorum codicum ope medicina quaerenda est.

Praeter Mediceum alter eiusdem melioris familiae codex membranaceus Florentinus (= F) sive Schellershemianus*) decimo ut videtur saeculo scriptus exstat, quem Schweig-

*) Invenit codicem Florentiae baro a Schellersheim, qui procurante Creuzero eius usum Schweighaeusero summa liberalitate concessit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

haeuserus summa diligentia excussit. Ac coniecit vir doctus, de Herodoto optime meritus, eundem esse codicem, cuius Montfaucon in bibliotheca I p. 414 D his verbis meminit: *codex elegans X saeculi membranaceus: Herodoti historiae.* Deinde de hoc codice ita scribit: *Esse hunc codicem ex eadem cum Pass. Asc. et Medic. familia e lectionibus, quas inde protulimus, facile apparet. nec vero e Mediceo descriptus est, cum quo de principatu etiam videtur contendere posse; sed e vetustiore* (rectius: ex eodem) *fonte derivatus probas multas affert lectiones, ubi aut in vitio haeret Mediceus, aut ubi nihil certi a Gronovio e Mediceo prolatum est, quod a minus proba scriptura, quae olim vulgata erat, discedat.* Librum vetustum esse ex literarum ductu facile intellegas, ac suo iure contendet atque evincet aliquis, Florentinum etiamsi plurimis locis Mediceo sit posthabendus, aliis tamen aut pari aut maiore fide veterem scripturam servasse. Hoc autem omnibus viribus contra Schweighaeuserum tenendum est, codicem non e vetustiore sed ex eodem quo Mediceum fonte ductum esse; deinde vero etiam mihi quidem exploratum est, Florentinum permultis levioribus scribendi vitiis esse deformatum incuria librarii *), qui archetypum non ea qua par erat diligentia transscripsit. Exempla sunt in promtu. Praebet cod. Florentinus:

		F.		
I	4	ἡρπάζετο	pro genuin. script.	ἡρπάζοντο
	9	μαχέσομαι	pro	μηχανήσομαι
	19	ἀφείς		ἀφθείς
	82	μόρης		μοίρης
	83	παρασκευασμένοισι		παρεσκευασμένοισι
	118	ψυχῆς		τυχῆς
	124	ἄλλων Μήδων		ἄλλος Μήδων
	129	δικαιώτατον		ἀδικώτατον
	158	ἀπιστεύων		ἀπιστέων
	194	τεγαστρίδας		στεγαστρίδας
	207	ἄριστα		ἀχάριτα

Ex eodem libro cf. c. 22. 58. 103. 134. 137. 153. 186. 191.

III	14	πυνθάνομαι	πυνθάνεται
	72	πειρήσομαι (SV)	περήσομεν
	80	ἐς κεινόν	ἐς τὸ κοινόν
	153	ἰδοῦσι	δούλοισι
IV	5	γενόμενος	γένεος μέν
	23	χρεωμένοισι	χρεώμενοι (χρεόμενοι)
	33	ἑκάστω	ἑκαστάτω
	69	καλέουσι	καλέοντες
	84	τοὺς ἑστεῶτας	τοὺς ἐπεστεῶτας
	97	πόλιος	πόλις

*) Conferas quae hac de re docui in Philol. XXI 81.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	101	ὅσον	pro ἴσον
	118	ἁλισκομένους	ἁλισμένους
	128	ἐπέστρεφον	ὑπέστρεφον
	130	ποιευμένῳ	πεποιημένῳ
	136	ὤφθησαν	ἔφθησαν
	—	ἰδόντες	εἰδότες
	145	φυλακάς	φυλάς
	160	στρῶμα	τρῶμα
	162	χῶρον	χρόνον
	181	ἠρέαται	εἰρέαται
	188	δρόμον	δόμον
	198	πελάγγεος	μελάγγαιος
V	20	προσδέκεσθαι	προσδέκεσθε
	24	μου	μοι
	87	ἠρωτᾶν	εἰρωτᾶν
	—	ἑκάστη	ἑκάστην
	91	ἐκμεμαθήσεται	ἐκμεμαθήκασι
	96	ἐῶντας	ἐῶντες
	103	πόλιν	πολλήν
VI	9	πειρήσονται	πείσονται
	35	Αἰγινήτης	Αἰγίνης
	39	ἐδεήθησαν	ἐδέθησαν
	53	ἔλεξαν	ἔλεξα
	79	πυνθανομένους	πυνθανόμενος
	86	εἶπε	εἶπαι
VII	171	ἀπὸ τούτων	ἀντὶ τούτων
VIII	19	ἑκάστοις	ἑκάστους
	32	κειμένην	οἰκεομένην
	71	συχνώσαντες	συγχώσαντες
	82	λίμνῃ	Λημνίῃ
	83	ἐκβαίνειν	ἐσβαίνειν
	84	συμπλεκείσης	συμπλακείσης
	94	λέγει	λέγειν
	96	ὑποβαλών	ὑπολαβών
	101	ποιέω	ποιέων
	104	τῶν ἐυνούχων παραδράσοισι τουτέοισι τοιόνδε συμφέρεται, quae verba misere depravata sunt.	τῶν ἐυνούχων παρὰ βασιλέϊ. οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλικαρνήσσου. ἐν δὲ τοῖσι Πηδάσοισι τούτοισι τοιόνδε φέρεται πρῆγμα γενέσθαι.
	108	προχωρῆσαι	προσχωρῆσαι
	111	ἀνδρείους	Ἀνδρίους
	112	τιμῇ (S)	αἰνῇ
	115	ἐσιτεύοντο	ἐσιτέοντο
	117	ἐντειαγμένας	ἐντεταμένας
	123	ἐμιοῦντο	ἐμουνοῦντο
	130	φεύγοντες	φεύγοντας
	135	χρήματι	πρήγματι
	143	ἀμύνεσθαι	ἀμυνούμεθα
	144	ἐᾶς χρόνου	ἑκὰς χρόνου
	—	προσεδέκετο	προσεδέετο

Praeterea cf. c. 100. 104. 108. 124. 137.

IX	2	ἐνστρατεύεσθαι	ἐνστρατοπεδεύεσθαι
	7	εἴπερ	ἤπερ
	11	ἰδόντες	εἰδότες
	15	οὐ μή	οἱ μή
	16	ἑωυτοῦ	σεωυτοῦ
	30	οὐκ οὗτοι	οὐδ' οὗτοι
	31	ἀμφὶ περί	ἀμφί
	—	Λακεδαίμονας	Μακεδόνας
	33	ἀνδρείῳ	Ἀνδρίῳ
	40	ἐφέροντο πόλεμον	ἔφερον τὸν πόλεμον
	41	ἀναζεύξαντες	ἀναζεύξαντας
	45	καὶ ἐμέ	καὶ ἐμεῦ
	56	ἦσαν	ἧισαν
	—	στραφθέντας	τραφθέντες
	70	ἐμέμνηντο	ἐμέμνητο
	72	ἀποθνήσκει	ἀποθνήσκειν
	76	ὦ βασιλεύς	ὦ βασιλεῦ
	77	συμβουλῆς	συμβολῆς
	86	βουλομένοισι	βουλευομένοισι
	93	ἕκαστοι	ἕκαστος
	108	λάμψασθαι	λάμψεσθαι

Praeter hos locos gravius levius corruptos conferas eiusdem libri c. 19. 20. 25. 26. 34. 37. 42. 46. 48. 58. 61. 62. 63. 75. 80. 81. 82. 83. 88. 93. 99. 100. 102. 106. 111. 121. 122.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad hos libros proxime accedit Passioneus (= P) ex eadem familia profectus, qui plerisque locis cum illis conspirat, nonnullis solus genuinam scripturam servavit. De hoc quidem codice Wesselingius, cui paullo ante baro a Suiten, de editione Herodoti paranda per literas admonitus Vindobonensis bibliothecae schedas cum editione Genevensi conlatas liberalissime tradiderat, ita scribit: *Par fuisset amplissimi cardinalis Quirini benivolentia in promisso ex libris Vaticanis auxilio, nisi mors illud intercepisset, plenissimo tamen favoris in epistula Cl. Assemanni super locis quibusdam Herodoteis. quod illum autem praestare non siverunt fata, cumulatissime eiusdem loci et dignitatis vir eminentissimus, cardinalis Passioneus explevit: namque cognita mea schedarum Vaticanarum cupidine perhumaniter rescripsit eas nec admodum bonas nec priscas videri; esse sua in bibliotheca, ex Sfortiana profectas, integriores, nitide pictas et veteres; harum se διαφόρους γραφάς mihi non negaturum. absolvit vir summus, quod receperat, liberaliter; cuius ego excellentem in illo fastigio, dum supererat, humanitatem et erga me studium laudibus ferre et grata mente recolere, desinam nunquam. de libro vera omnia: circa saeculum XII ab docto scriba exaratus est, praestantia Mediceo nihil (?) cedens, saepe superior.* Quibus pauca tantum addam. Codicem ipse meis oculis vidi itinere a. 1864 in Italiam suscepto. Est liber membranaceus, praestantissimus, saeculo duodecimo exaratus, ut literarum ductu, scripturae modo indicari videtur. Quo tempore cum mihi non contigisset, ut codicem cum pulvisculo excuterem, priore anno usus sum opera auxilioque doctissimi viri C. Dilthei, qui tum Romae commorabatur. Is permultis locis in quibus incertus haererem, cum Wesselingius scripturae discrepantiam non adnotasset, varias lectiones in usum meum excerpsit, quibus Wesselingii sententia egregie confirmatur: *compar in quam plurimis locis inter Mediceum, Passioneum, Ascevianum (v. infra) concordia* (quibus hodie addere tertium licet Florentinum, qui Wesselingii aetate nondum erat inventus). *ex schedis descenderunt prudentiorem amanuensem et nihil temere auferentem indeptis atque ea de causa emendatiores reliquis (Sancroftiano, Vindobonensi, Vallae libro, Vaticanis, Parisinis).* Asservatur codex membranaceus Romae una cum ceteris libris a Cardinali Passioneo relictis in bibliotheca Angelicana (*S. Agostino*). Conscriptus est foliis 330. Incipit liber: *ἡροδότου ἱστορίη. ἡ ἱστορία αὐτοῦ διὰ μουσῶν.* Desinit signis *XXHHHII*. His veteribus numerorum signis indicatur nonum historiarum librum complesse versus 2206. Literae scripturae codicis assimilatae sunt hae:

VIII 144 extrem.

ὁ τοῦδε μ ποιέοντα τοῦ δ κ ϟ

Iam paucos lubet proponere locos, in quibus a Gaisfordio (Wesselingio) nulla scripturae discrepantia adnotata est. Legitur enim in Passioneo I 116: *μουνοθεν* ια (pr. man.) *τάδε αὐτὸν εἵρετο* acuto supra *νο* eraso, ita ut primum *μουνόθεν τάδε* exaratum esse videatur,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quae Passionei scriptura plane consentit cum Medicea. Quomodo loco levius corrupto lenissima medicina subveniri possit, docui in altera edit. Teubner. vol. I p. 146.

Contra loco diffamato IV 136 praebet Passioneus: *διοίχηνται* (non ut Mediceus *διοίχονται*), qua de scriptura conferas edit. meae vol. V p. 203; IV 62 a Passioneo exhibetur scriptura *τῶν ἀρχείων* (non: *τῶν ἀρχηίων*); utramque scripturam scribae incuria corruptam esse patet, quanquam loci sententia me quidem iudice nondum reperta est.

Perpensis atque consideratis omnibus hoc quidem minime dubitare licet, quin Passioneus et Mediceus et Florentinus ad unam eandemque familiam referendi sint; neque vero difficile est ad probandum, Passioneum, qui recentioris aetatis est quam Med. et Flor., saepius mendis vitiisque laborare. Reperiuntur non solum permulti calami lapsus, rasurae, secundae manus scripturae, additamenta, sed etiam graviores nonnullae interpolationes, quibus Med. et Flor. vacant. Quod ut melius intellegas, nonnullas afferam codicis P scripturas gravius levius corruptas:

Exhibet cod. Passioneus	I 22	*ὑπῆλθεν* (SV)	pro genuina scriptura *ἀπῆλθεν*
	I 24	*τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι, τὸ πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην*	pro *τὸν πολλόν*
	I 30	*ἐς τοῦτο δέ* (S)	*τοῦτο δέ*
	I 32	*εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντι τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον* (*ἔχοντι* S)	*ἔχοντα*
	I 45	*εἶδε*	*ἤειδε*
	I 52	*εἰ στρατεύοιτο*	*εἰ στρατεύηται*
	I 66	*ἐστρατοπεδεύοντο*	*ἐστρατεύοντο*
	I 209	*Ὑστάσπῃ δὲ τοῦ Ἀρσάμεος*	*Ὑστ. δὲ τῷ Ἀρσάμεος*
	I 209	*κηδέανται* (cf. II 47. 67)	*κήδονται*
	III 69	*εἰ γὰρ δὴ μὴ τυγχάνει τὰ ὦτα ἔχων* (SV)	*ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τ. ὦ. ἔχ.*
	VII 89	*κράνεα πλεκτὰ χηλευτά.* — *πλεκτά* glossema delendum esse quivis videt.	*κράνεα χηλευτά*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VII 109	Ἄβδηραν	pro	Ἄβδηρα
VII 170	νέμονται		ἐνέμοντο
V 15	οἱ μὲν δὴ Παίονες ἦσαν ἑτοῖμοι τοῦ Μεγαβάζου στρατὸν ἐπιόντα ἐρύκειν.		τὸν Μεγ. στρατόν
VI 102	χειρωσάμενοι δὲ τὴν Ἐρετρίαν καὶ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας ἔπλωον ἐς τὴν Ἀττικήν, κατεργάζοντές τε πολλόν (SV)		κατέργοντές τε πολλόν
VIII 16	παρατασσομένῳ τῶν νεῶν		ταρασσομένων τῶν νεῶν
VIII 87	ἡ τῶν Καλυνδέων κατατυχεῖν παραπεσοῦσα νηῦς		κατὰ τυχήν
IX 25	ἱζόμεθα ἀντίον τοῖσι κατιοῦσι		ἀντίοι
c. 102	οὗτοι δὲ κατὰ λόγους γινόμενοι		κατ' ὀλίγους

Inde satis apparet, Wesselingium parum accurate statuisse Passioneum Mediceo nihil cedentem, saepe superiorem esse. Immo prorsus ita censeo atque exploratum habeo, codicem haud raro conspirare cum Sancroftiano, Vindobonensi, omnium Herodoti codicum deterrimis.

Quartus huius familiae exstat codex Ascevianus (= K) nunc in Cantabrigiensi bibliotheca asservatus. Est codex chartaceus annorum ferme quingentorum, primore quidem Musae primae parte mancus, sed perutilis (cf. Wesseling. praef. xx.) Qui liber si minus chartarum literarumque vetustate at lectionum bonitate insignis est. Accurate eum contulit in Wesselingii usum Anton. Ascevius cum exemplo Galeanae editionis (Londini 1679), quod discrepantibus libri scripturis instructum Wesselingio concessit.

Plerumque cum Mediceo aut Florentino consentiunt quattuor codices Florentini, quorum tres asservantur in Laurentiana:

Mediceus II plut. LXX cod. VI membranac. saecul. XIV,
Mediceus III plut. LXX cod. XIX membr. saec. XV,
Mediceus IV plut. LXX cod. XXXII chartac. saec. XV;

quartus e libris bibliothecae Riccardianae est, membranac. saec. XIV. Inspexi hos libros altero itinere in Italiam suscepto (1857). Cf. quae dixi in Philol. XI 204.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Transeamus ad *alterius* (deterioris) familiae codices, cuius principem suspicari licet Sancroftianum. Codex olim fuit Guilielmi Sancrofti, archiepiscopi Cantuarensis, qui magnam suae bibliothecae partem collegio Emmanuel. (cuius ipse alumnus fuit) apud Cantabrigienses testamento legavit. Est codex chartaceus, saeculo fere tertio decimo scriptus. Verba characteribus minutis exarata, compendiis satis referta. Debentur haec et reliqua omnia, quae de codicis forma, de literarum ductu et scripturae exposui, singulari operae atque auxilio viri clarissimi Churchill Babington, professoris Cantabrigiensis. Is quod munus a me rogatus liberaliter in se suscepit, egregie explevit; adiecit praeterea literas scripturae codicis assimilatas.

+ ἡροδότου ἱσορίων πρώτη :· (litteris rubris.)

ι
ρ ο δ ό τ ο υ ὧ ι κ ξ ν α σ ῆ ο ι ἔ σ ο ρ ί η ς ἀ π ό δ ε ξ ι ς ὅ δ ε, ὡ ς μ ή τ ε
τ ὰ τ ε ρ ὰ θ ν η μ ι σ ὸ ξ ἀ μ ω ν τ ῶ ν χ ρ ό ν ω ὑ φ ' ἑ τ ε ρ ω ν γ ε ν ό μ ε ν α, μ ή τ ε

Asservatur codex nunc in bibliotheca collegii Emmanuelis apud Cantabrigienses (Wesselingio aliisque = *Arch.*, recentioribus Herodoti editoribus = *S*). Ac primus quidem hoc libro usus est Thom. Galeus, qui brevibus notis a codic. Arch. (= *S*) ductis editionem Herodoti (Londini 1679) commendaret. *Infinita sunt quae ope codicis archiepiscopi instaurari queant; est enim isto in genere praestantissimus. Sed malui, indicio contentus et voto, ut aliquis oriatur, cui otium sit uberius et ingenium ad Herodotea perpurganda, hanc aliis tradere.* Nos quidem neque Galei notas criticas neque certiora ex eodem codice excerpta, quibus Wesselingio uti licuit (v. praef. p. XIX), post accuratam eiusdem codicis conlationem ab Gaisfordio redintegratam curabimus. Gaisfordius igitur, qui et ipse codicem antiquissimum et optimum dixit, de hoc ita scribit: *Quod ad emendationem contextus spectat, per insignem benevolentiam Magistri et sociorum collegii Emmanuelis apud Cantabrigienses codicem manuscriptum Sancroftianum, qui a Galeo primum, deinde ab Ascevio Wesselingii in gratiam collatus est (a posteriore quidem diligentius sed a neutro tamen satis accurate) apud me habere, summaque animi oculorumque intentione versare licuit. inde factum est ut non modo errata quaedam corrigere sed ut lectiones haud paucas hactenus omissas cum publico communicare potuerim. — atque istius quidem codicis ope, una cum lectionibus aliorum codicum plus minusve diligenter excerptis verba auctoris aliqua saltem ex parte ad veriorem scripturam revocare conatus sum.* Ac concedendum est, scribam Sancroftiani codicis seu potius auctorem archetypi illius, e quo S. V. Laur. Vallae liber, alii ducti, aliquoties scite et ingeniose locis male habitis opem tulisse et permultos praesertim locos levius corruptos commode restituisse. Huiusmodi leviora scribendi menda, quibus alterius familiae codices depravati sunt, bene correxit librarius. Exempla brevi in conspectu ponam. Leguntur in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	libris MPKF	SV
I 91	προθυμεομένου δὲ Λοξίεω, ὅκως ἂν κατὰ τοὺς παῖδας τοὺς Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδίων πάθος καὶ | μὴ κατ' αὐτὸν Κροῖσον οὐκ οἷόν τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας	οὐκ οἷός τε ἐγ. Recte ut videtur.
192	ἡ δὲ ἀρτάβη |χωρέει μεδίμνου Ἀττικῆς πλέον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῇσι	Ἀττικοῦ (cf. VII 187)
193	χρέονται δὲ οὐδὲν ἐλαίῳ ἀλλ' ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦντες	ποιεῦνται
206	οὔκων ἐθελήσεις ὑποθήκησι τῇσίδε χρῆσθαι ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ἢ δι' ἡσυχίης εἶναι	ἀλλὰ πάντως
II 19	πέλας	πελάσας
79	ἄλλα τε ἅπαξ ἅ ἐστι	ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι
124	βασιλεύσαντά σφεων Χέοπα ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι· κατακληίσαντα γὰρ μιν πάντα τὰ ἱρά, πρῶτα μέν σφεας θυσιέων τουτέων ἀπέρξαι	Omitt. vitiosum τουτέων, quod haud dubie est mendosa dittographia vocis θυσιέων.
168	Καλασιρίων χίλιοι καί Ἑρμοτυβίων ἐδορυφόρεον ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὸν βασιλέα.	Καλ. χίλ. καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι ἐδ. κτλ.
181	ποιησάμενη γὰρ ἄγαλμα ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σόον, ἔξω τετραμμένον τοῦ Κυρηναίων ἄστεος	ἱδρυμένον, quae unice vera est scriptura.
III 41	ἀσθείη	ἀσηθείη
98	τὸν χρυσὸν τρόπῳ τοιῷδε δεκτῶνται M.	τρόπῳ τοιῷδε κτῶνται
124	αὐτόσε (quo vocabulo nusquam alibi utitur Her.)	αὐτός
130	μετὰ δὲ Ἑλληνικοῖσι ἰήμασι χρεόμενος καὶ ἠπιάματα τὰ ἰσχυρὰ προσάγων — ὑγιέα μεν ἐόντα ἀπέδεξε	ἤπια μετὰ τὰ ἰσχ. πρ.
IV 22	ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θηρίον ἀπὸ τοῦ δενδρέου τοξεύσας ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον διώκει	τοξεύσας καὶ ἐπιβάς

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	28 κεχώρισται δὲ οὗτος ὁ χειμὼν τοὺς τρόπους πᾶσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶσι	τοῖσι ἐν ἄλλῃσι χώρῃσι γιν. χειμ.
	72 ἵππους τοὺς καλλίστους πεντήκοντα	καλλιστεύοντας
	74 ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἄλλως πέπλασται	πέπαισται (cf. II 28 οὗτος δ' ἐμοί γε παίζειν ἐδόκεε φάμενος εἰδέναι ἀτρεκέως)
	124 ἐπεὶ ὦν ὁ Δαρεῖος ἦλθε ἐς τὴν ἐρῆμον, παυσαμένου τοῦ δρόμου ἵδρυσε τὴν στρατιὴν ἐπὶ ποταμῷ	παυσάμενος
	189 οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇ εἰσι οὐκ ὄφιές εἰσι ἀλλ' ἱμάντινοι	αὐτῇσι
V	40 ἐπεὶ τοίνυν τοι περιεχόμενόν σε ὁρέομεν τῆς ἔχεις γυναικός	omitt. τοι
	52 ἐκ δὲ ταύτης τῆς Ἀρμενίης ἐσβάλλοντες ἐς τὴν Ματιηνὴν γῆν σταθμοί εἰσι τέσσερες	ἐσβάλλοντι ἐς
	75 ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διχοστασίης ἐτέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ, μὴ ἐξεῖναι ἕπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας, ἐξιούσης τῆς στρατιῆς· τέως γὰρ ἀμφότεροι εἵποντο· παραλυομένων δὲ τούτων τοῦ ἑτέρου καταλείπεσθαι καὶ τῶν Τυνδαριδέων τὸν ἕτερον	παραλυομένου
	82 Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἐδίδου	οὐδένα ἀνεδίδου
V	85 οἳ ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ καὶ ἀπικόμενοι ἐς Αἴγιναν τὰ ἀγάλματα — πειρᾶν ἐκ τῶν βάθρων ἐξανασπᾶν	ἐπειρῶντο
	93 ἐπείτε δὲ Σωσικλέος ἤκουσαν εἵπαντος ἐλευθερῶσαι, πᾶς τις αἱρέετο τοῦ Κορινθίου τὴν γνώμην	ἐλευθέρως, ἅπας τις κτλ.
	109 ἡμέας ἀπέπεμψε τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων φυλάξοντας τὴν θάλασσαν ἀλλ' οὐκ ἵνα Κυπρίοισι τὰς νέας παραδοθέντες αὐτοὶ Πέρσῃσι πεζῇ προσφερώμεθα	παραδόντες
VI	9 ταῦτα ἐπιλεγόμενοι, ἔλεξαν συλλέξαντες τῶν Ἰώνων τοὺς τυράννους — ἔλεγόν σφι τάδε	omitt. ἔλεξαν

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	33	οἱ δὲ φοίνικες κατακαύσαντες ταύτας τὰς χώρας τὰς καταλειφθείσας (??)	καταλεχθείσας
	133	ἐπολιόρκεε Παρίους, κατειλημένους ἐντὸς τείχεος καὶ ἐσπέμπων κήρυκα αἴτεε ἑκατὸν τάλαντα φὰς ἢν μὴ οἱ δῶσι οὐκ ἀπονοστήσειν τὴν στρατιήν	ἀπαναστήσειν
VII	6	καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ὅτι πλέον προσορέγοντο οἱ	ἔτι πλέον
	11	Ἄρμνεω	Ἀριαράμνεω
	60	συνήγαγοντε	συναγαγόντες
	200	ἁμαξιτὸς γὰρ μούνη δέδμηται	ἁμαξ. γὰρ μία μούνη δέδμηται
	205	ἀπίκτο	ἀπίκετο
	229	ἀλογήσαντα	ἀλγήσαντα
VIII	5	πάντες	πληγέντες
	26	Τιγράνης	Τριτανταίχμης
	41	μᾶλλόν τι καὶ πρότερον	μᾶλλόν τι καὶ προθυμότερον
	60	πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδην ἔλεγε ἐκείνων μὲν ἔτι οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων	οὐκέτι
IX	10	καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἰλώτων, Παυσανίῃ ἐπιτάξαντες ἐξάγειν	ἐπιτρέψαντες
	12	ἔχειν	ἴσχειν
	33	δεινὰ ἐποίευν τε καὶ μετίεσαν	δεινὰ ἐποιεῦντο κ. μ.
	48	καὶ δὴ φεύγοντας καὶ στάσιν ἐκλείποντας ὑμέας εἴδομεν	τάξιν
	66	ἤϊε	ἦγε (SVTA)
	76	λῦσαί με — δουλοσύνης (Vgl. c. 90)	ῥῦσαι μ. — δ.
	90	αὐτὸς μέν νυν οὕτω ἀπενόστησε	οὗτος μέν ν. οὕτ. ἀπ.
	90	ἐπεὶ γὰρ δή	ἐπειδὴ γάρ (SVTA)
	98	ἀπορίῃ εἴχοντο	ἐν ἀπορίῃ εἴχ.
	111	μεγάλα μὲν ποιεῦμαι	μέγα μὲν ποιεῦμαι
	116	ἀφύκτως δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον	ἀφυλάκτῳ δέ κ. αὐτ. ἐπ.
	119	ἐκφεύγοντα	ἐκφυγόντα
	122	μαλακοὺς γίνεσθαι	μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι.

Cuius modi generis vitia scite correxit archetypi illius auctor, e quo Sancroftianus, Vindobonensis, alii derivati sunt. Quod nolim sic accipiatur, ut Sancroftianum aeque ac Vindobonensem, si minus chartarum literarumque vetustate, at lectionum mirifica (?) saepe bonitate reliquos antecedere iudicaverim cum Steinio Galeum et Gaisfordium secuto in vindiciar. Herodotear. spec.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p. 2, qui citius quam par erat de codicum pondere atque auctoritate iudicavit cum dixit: *gegen das einstimmige Zeugnis von SV abcd* (abcd sunt Parisini) *kann das der drei oder vier anderen MPFK nur selten* (??) *in Betracht kommen* (cf. *Neue Jahrb. f. Philol. Bd.* 75 *S.* 142 sqq.)

Ac quis est qui non iure miretur, quod Stein., quem in verbis Herodoti constituendis codices SV praeter ceteros secutum esse constat, viginti locis (de quibus singulis infra agam) codicis S scripturas scite correctas a se ipso dissidens abiecit, ceterorum codicum depravatas in verba scriptoris recepit.

Loci sunt hi:

I 91 (cf. p. 9) Scripturam *οὐκ οἷόν* (MPKF) *τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας* calami lapsu ortam esse putaverim. Recte ut videtur SV: *οὐκ οἷός τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας.*

II 124 (cf. p. 9) *κατακληίσαντα γάρ μιν πάντα τὰ ἱρά, πρῶτα μὲν σφεας θυσιέων τουτέων* (MPKF) *ἀπέρξαι.* Pronomen *τουτέων* haud dubie concinnitati et verborum et sententiae refragatur. Quis admonitus non videat, voculam *τουτέων* expungendam esse utpote ex vitiosa dittographia enatam? Omittunt libri SV.

III 124 leguntur haec verba: *ὁ δὲ (Πολυκράτης) πολλὰ μὲν τῶν μαντίων ἀπαγορευόντων, πολλὰ δὲ τῶν φίλων, ἐστέλλετο αὐτόσε* (MPKF) *ἀπιέναι.* Iustissimam dubitandi causam affert adverbium *αὐτόσε*, quo nusquam alibi utitur Herodotus; scriptorem dicturum fuisse dico *ἐκεῖσε*, si talia voluisset (cf. II 29 *ἐπεὶ δὲ ἐκεῖσε ἀπίκετο* et IX 108). Facillimum est demonstratu, unam ad rem aptissimam esse codicum SV scripturam: *αὐτός.* Compara c. 123: *ἀποπέμπει (Πολυκράτης) πρῶτα κατοψόμενον Μαιάνδριον*, quibus egregie respondent c. 124 init. *ἐστέλλετο αὐτὸς ἀπιέναι.*

IV 22 *ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θηρίον ἀπὸ τοῦ δενδρέου τοξεύσας ἐπιβὰς* (MPKF) *ἐπὶ τὸν ἵππον διώκει.* Intercidisse videtur particula *καί*, qua haud facile carebis. Habent libri SV (*τοξεύσας καὶ ἐπιβάς*).

IV 28 (cf. p. 10) Codicem S secutus rescripsi: *κεχώρισται δὲ οὗτος ὁ χειμὼν τοὺς τρόπους πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλῃσι χώρῃσι γινομένοισι χειμῶσι.* Ceteri libri praebent: *ἐν ἄλλοισι χωρίοισι.* Origo corruptelae in aprico. In errorem inductus est librarius terminationibus *τοῖσι* et *γινομένοισι*, quae proxime antecedunt et sequuntur. Qua occasione oblata simpliciter breviterque dicam, commenticium esse quod Stein. ad hunc locum adnotat: „*ἄλλοισι χωρίοισι* die Handschriften" (Alle?). Nam Sancroftianum exhibere *ἐν ἄλλῃσι χώρῃσι* Gaisfordius in adnot. crit. diserte ac plane docuit.

IV 72 scripturam codicum MPKF *ἵππους τοὺς καλλίστους πεντήκοντα* e glossemate inlatam esse putaverim. Recte ut videtur SVT: *καλλιστεύοντας* (de codice T cf. infra). Ceterum nostro quoque loco parum accurate adnotavit Steinius: „*καλλίστους* die Handschriften ausser T". Dictum oportuit: ausser **SV**T. Conf. Gaisfordii adnotationem criticam ad IV 72. Idem cadit in eiusdem libri c. 77, ubi restituendum esse *ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἄλλως πέπαισται* p. 10 comprobasse mihi videor. Atque hoc quoque loco falsum scripsit Steinius: „*πέπλασται* die Handschriften ausser T". Codicum lectiones religiosius inspicienti facile

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apparebit non solum Vaticanum (T) sed etiam Sancroftianum et Vindobonensem (SV) exhibere illam scripturam (*πέπαισται*).

V 40 (cf. p. 10) Scribendum: *ἐπεὶ τοίνυν* (S) *περιεχόμενόν σε ὁρέομεν τῆς ἔχεις γυναικός*. Alterum *τοι*, quod reliqui codices praebent (*τοίνυν τοι*), proclivi errore enatum videtur.

VII 60 leguntur haec: *ἐξηρίθμησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον· συνήγαγόν τε* (M) *ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων καὶ συνάξαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον*. Magnae mihi offensioni est particula *τέ*, quae quid sibi velit non assequor. Loco levius corrupto ingeniose opem tulit Sancroftianus, qui quum syllabas male diremtas in unum coniunxisset, invenit: *συναγαγόντες*. Hoc quidem mendo absterso rite si quid video procedit oratio.

Eiusdem lib. c. 229 narrat Herodotus, Eurytum et Aristodemum Lacedaemonios, vehementi oculorum morbo affectos, a Leonida e Thermophylis dimissos esse, quorum alterum Eurytum, cognito Persarum per montem circuitu, armis captis in hostium agmen irruentem occubuisse; Aristodemum autem animo deficientem salvum Spartam evasisse. Sequuntur verba: *εἴ μεν νυν ἦν μοῦνον Ἀριστόδημον ἀλογήσαντα* (MPKS) *ἀπονοστῆσαι ἐς Σπάρτην, ἢ καὶ ὁμοῦ σφέων ἀμφοτέρων τὴν κομιδὴν γενέσθαι, δοκέειν ἐμοὶ οὐκ ἄν σφι Σπαρτιήτας μῆνιν οὐδεμίαν προσθέσθαι*. Quod optimi libri praebent *ἀλογήσαντα* ratione defendi probabili nulla potest. Nam illud incredibile est, quod Steinius opinatur, verbum *ἀλογεῖν* significare „sinnbetört sein" („wäre nun entweder Aristodemus der einzige gewesen, der sinnbetört nach Sparta heimkehrte d. h. hätte es sich bei dieser unbesonnenen Rückkehr allein um ihn gehandelt"). Qua in re mirifice lapsus est vir doctus. Quid sit *ἀλογεῖν* docent loci III 125 *πάσης συμβουλίης ἀλογήσας* spreto omni consilio, VIII 46 *ἀλογήσαντες τῶν ἐντολέων* et VIII 116. Patet igitur verbi *ἀλογεῖν* notionem a nostri loci tenore prorsus alienam esse. Librorum vitium vetus criticus correxit scribendo *ἀλγήσαντα* (VFA) i. e. *ὀφθαλμιεῦντα* (quo verbo initio cap. utitur Herodotus) oculorum morbo dolentem. Quod verbum cum egregie Herodoti sententiae conveniat idemque lenissima medicina nostro loco restituatur, Herodoto reddendum arbitror; accedit quod eodem verbo ad corporis dolorem designandum utitur Herodotus IX 22 *ὁ Μασιστίου προέχων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρά· ἀλγήσας δὲ ἵσταταί τε ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον*.

VIII 26. Non difficile est ad probandum, codices ST*) veram exhibere scripturam: *ἐνθαῦτα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου δειλίην ὤφλε πρὸς βασιλέος*, pro qua reliqui codices male substituunt: *Τιγράνης ὁ Ἀρταβάνου*, qui quanquam et ipse Persa fuit (VII 62. IX 96) nusquam Artabani dicitur filius. Ne ulla dubitatio haerere possit, tibi dabo alterum locum, in quo Tritantaechmes Artabani filius memoratur. Legitur VII 82: *ἐστρατήγεον δὲ τοῦ σύμπαντος στρατοῦ τοῦ πεζοῦ Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου, τοῦ γνώμην θεμένου μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*. Praeterea cf. VII 121.

*) Non verum est quod annotavit Stein.: *Τιγράνης* die Handschr. ausser T. Rectius: ausser ST.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eiusdem libri c. 19 me quidem in verbis *νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς εἰ ἀπορραγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἰωνικὸν φῦλον καὶ τὸ Καρικὸν, οἷοί τε εἴησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτην συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς ἔλεγέ σφι* non intellegere quid velit languidum illud *ταύτην* aperte confiteor; quod cum manifesto librarii errore exortum putem, Sancroftiani scripturam unam scriptoris cogitationi consentaneam revocandam esse dico. Scribendum: *νόῳ δὲ λαβὼν — ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτῃ συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς ἔλεγέ σφι.*

Eadem medicina persanandus est locus, consimili vitio corruptus, qui legitur c. 107. Verba haec sunt:

ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἦσαν Ζωστῆρος πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου ταύτης ἔδοξάν τε νέας εἶναι καὶ ἔφευγον ἐπὶ πολλόν. Ineptum plane atque adeo absurdum est pronomen *ταύτης*. Rescribendum haud dubie: *ταύτας ἔδοξάν τε νέας εἶναι.*

Fuerunt qui narrarent (VIII 119), Xerxem magna tempestate in Hellesponto exorta, timore perculsum e gubernatore quaesisse ecqua salutis spes esset. Qui cum respondisset, nullam esse nisi de numero multorum vectorum complures amoti essent, rex Persas impulisse dicitur ut navis levandae causa in mare prosilirent, quo facto regem salvum in Asiam transisse. Haec narratio cum parum probabilis videretur Herodoto, de tota re addubitat, hoc firmissimo argumento nisus: *εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω εἰρέθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξην, ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε, τοὺς μὲν ἐκ* (SV) *τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νέα ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων τοὺς πρώτους, τῶν δ' ἑρετέων ἐόντων Φοινίκων ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν.* Codicum MPKF scripturam *τοὺς μὲν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος* e foedo glossemate illatam esse hi docent loci VII 37 *ὡρμημένῳ δέ οἱ ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην ἀφανὴς ἦν* II 18 *οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρέης πόλιος καὶ Ἄπιος — ἔπεμψαν ἐς Ἄμμωνα φάμενοι* I 62 *Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος — ἀπίκοντο ἐπ' αὐτόν·* Illustravi hunc loquendi usum in edit. Teubnerian. altera ad I 62, ubi haec adnotavi „wir erwarteten *οἱ ἐν τῷ ἄστεϊ*: „Die in der Stadt wohnenden Anhänger.“ Im Griechischen wird in diesen und ähnlichen Verbindungen die Präposition vom Verbum (hier *ἀπίκοντο*), welches in den meisten Fällen den Begriff der Bewegung enthält, gleichsam attrahiert“; conferas praeter locos allatos VII 144 *χρήματα ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε τῶν ἀπὸ Λαυρείου.*

Incredibilia molitus est Weidmannianae editionis auctor, qui libri noni c. 53 codicum MPKF scripturam, ab omnibus editoribus inde a Wesselingio merito abiectam, temere arripuerit. Quod ut comprobem, verba ipsa afferam: *ὁ δὲ Παυσανίης τε καὶ ὁ Εὐρυάναξ δεινὸν μὲν ἐποιεῦντο τὸ μὴ πείθεσθαι ἐκεῖνον σφίσι, δεινότερον δὲ ἔτι, ἐκείνου ταῦτα νενωμένου ἀπολιπεῖν τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην.*

Ac me quidem iudice dubium esse non potest, quin Sancroftiani scriptura omni numero proba *ταῦτα νενωμένου* (est ionica forma pro *νενοημένου* de qua conferas edit. meae Teubner. p. 30) praestet alteri *ταῦτ' ἀναινομένου*, aperto calami lapsu enatae. Vix est quod moneam,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Steinium his quoque tribus locis (VIII 19. 119. IX 53) falsum ut solet ascripsisse „die Handschriften ausser T". Nam mihi quidem exploratum est, non Vaticanum solum sed etiam Sancroftianum (et Vindobonensem) exhibere scripturas, a Steinio Vaticano soli attributas.

Quin eiusdem libri c. 60 codicum SVT scriptura:

Πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδην ἔλεγε ἐκείνων μὲν οὐκέτι οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων — ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἴχετο servanda sit, nemini facile Graece docto dubium esse poterit. In reliquis libris, qui praebent *ἔτι οὐδέν*, calami lapsu, ut videtur, intercidit *οὐκ*, quo aegre carebimus. Error librarii propter proxime sequens *οὐδέν* in proclivi erat. Ad hunc quoque locum male annotavit Stein.: *ἔτι* die Handschr. ausser T. Dictum oportuit: die Handschr. ausser **SV** T.

In eundem errorem raptus est cum ad IX 10 annotaret: *ἐπιτάξαντες* die Handschriften ausser T. Scribendum fuit: *ἐπιτάξ.* die Handschr. ausser **SV**T. Verba haec sunt: *νυκτὸς ἔτι ἐκπέμπουσι πεντακισχιλίους Σπαρτιητέων καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἰλωτέων, Παυσανίῃ τῷ Κλεομβρότου ἐπιτάξαντες* (MPKF) *ἐξάγειν*. Quod in libris MPKF invenitur, aperto aurium lapsu enatum videtur, cum proxime antecedat participium *τάξαντες*. Contra rectissime se habet librorum SVT scriptura *ἐπιτρέψαντες*, quam iam Wesseling. egregie stabilivit duobus locis allatis III 155. VII 52.

Post pugnam ad Plataeas commissam mulier transfuga, quae fuerat Pharandatis Persae pellex, ad Pausaniam accessit et genua eius complexa his verbis eum allocuta est IX 76: *ὦ βασιλεῦ Σπάρτης ῥῦσαί με τὴν ἱκέτιν αἰχμαλώτου δουλοσύνης*. Ad sententiam ipsam nihil interest *ῥῦσαι* (SVT) an *λῦσαι* (MPKF) scribatur, multum interest ad dictionis elegantiam. Nam alteram scripturam *λῦσαι* foedum glossema esse alterius *ῥῦσαι* nemo negabit. Haec ut melius intellegantur, compares quaeso verba c. 90: *θεοὺς κοινοὺς ἀνακαλέων προέτρεπε αὐτοὺς ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης καὶ ἀπαμῦναι τὸν βάρβαρον* et V 49 *νῦν ὦν πρὸς θεῶν τῶν Ἑλληνίων ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ δουλοσύνης*.

IX 89 lenissima mutatione scriba Sancroftiani codicis correxit: *οὗτος μὲν οὕτω ἀπενόστησε ἐς Ἀσίην*, quae unice vera est scriptura. Reliqui: *αὐτὸς μὲν οὕτ. ἀπ.*, quod quid sibi velit prorsus me fugit.

Eiusdem libri c. 93 leguntur haec verba:

ἐπείτε δὲ τὸν Εὐήνιον ἐξετύφλωσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα οὔτε πρόβατά σφι ἔτικτε οὔτε γῆ ἔφερε ὁμοίως καρπόν. Vocem *καρπόν* unus omittit S. Recte ut videtur. Compara V 82, ubi narrat Herodotus, Epidaurios, cum terra fructum nullum edidisset (*Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἀνεδίδου*), oraculum Delphicum consuluisse, cuius cum verbis paruissent, terram rursus fructum tulisse. Verba haec sunt: *καταινέσαντες δ' ἐπὶ τούτοισι οἱ Ἐπιδαύριοι τῶν τε ἐδέοντο ἔτυχον, καὶ ἥ τε γῆ σφι ἔφερε* (MKF). Alii quidem libri (PS) hoc quoque loco addunt *καρπόν*, quod e glossemate enatum iudico.

c. 98 scribendum esse *ἐν ἀπορίῃ τε εἴχοντο ὅτι ποιέωσι* (**SVT**) docent hi loci: IV 131 *ἐν ἀπορίῃσι εἴχετο* I 190 *Κῦρος δὲ ἀπορίῃσι ἐν εἴχετο*. VIII 135 *ὥστε Ξέρξην ἐπὶ χρόνον*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

συχνὸν ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι. Plerique libri perperam omittunt *ἐν*. Ceterum neglegenter ut solet ad hunc quoque locum annotavit Stein.: *ἀπορίῃ* die Handschriften ausser T.

Iam lubet retractare locum misere corruptum et perversis interpretationibus vexatum. Legitur c. 116: *τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπ' Ἀθηναίων (Πρωτεσίλεων), οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας. ἀφύκτως δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον.*

Hanc codicum MPKF scripturam Schweighaeuserus eumque secutus Stein. ita defendi posse opinantur ut Herodotum dixisse credamus: „ita de improviso eum adorti sunt Athenienses ut effugi non potuerit (= *ἀφύκτως*) i. e. ut ille et qui cum eo erant, effugere non potuerint.“ Quam artificiosam verborum interpretationem subtiliusque excogitatam, quam quae in nativam sermonis Herodoti sinceritatem quadret, nemo facile praeter Steinium comprobabit; mitto eam. Sententiae loci ratione habita, quae me quidem iudice satis plana ac manifesta est, apparebit unam ad sermonis continuationem aptissimam esse codicum **SVT** scripturam: *ἀφυλάκτῳ δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον* „imprudentem aggressi sunt,“ quam egregie respondere prioribus *οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην οὔτε προσδεκόμενους τοὺς Ἕλληνας* non est quod pluribus demonstrem.

Restant duo loci, in quibus deterioris familiae libri veras servasse mihi videntur scripturas, quorum alter legitur c. 119:

Οἰόβαζον μέν νυν ἐκφυγόντα (**SVT**) *ἐς τὴν Θρηίκην Θρῄκες Ἀψίνθιοι λαβόντες ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ*. Reliqui: *ἐκφεύγοντα*, quae scriptura explicatum non habet.

alter c. 122:

φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας (**SVT**) *γίνεσθαι*. In reliquis codicibus scribae incuria intercidit *ἄνδρας* sublata verborum perspicuitate et concinnitate. Ne quis in errorem inducatur, breviter moneo, his quoque locis (IX 119. 122) Steinium falsum ascripsisse: die Handschriften ausser T; neque enim Vaticanum (T) solum sed etiam Sancroftianum, Vindobonensem (SV) libros scripturas *ἐκφυγόντα* (c. 119), *ἄνδρας* (c. 122) praebere supra docui.

Verum ut ad priora unde sum digressus revertar, concedendum esse dixi, Sancroftiani sive archetypi illius scribam, e quo SV alii ducti sunt, locos gravius levius corruptos haud raro scite correxisse. Verum enim vero minime inde efficitur, Herodoti historias ad illorum codicum (SV) scripturas exprimendas esse; immo potius mihi quidem exploratum est, Sancroftiani sive archetypi illius scribam, cui res subinde propere successisset, nimia ingenii sui fiducia elatum sensim eo audaciae processisse, ut mera coniectandi libidine inflammatus sanissima quaeque contaminatis manibus attrectaret.

Saepissime enim eruditulum correctorem temere et impudenter male sana molientem agnosco, qui primum offensus ut videtur crebris digressionibus permultas imprudenter abscidit neve hiatus taedio forent nexum seriemque orationis callide aptavit. Cuius rei nonnulla afferam exempla luculenta. Ac primum quidem libri I capitibus 46—52 ab SV Valla omissis ea quae inde a cap. 53 narrantur cum superioribus c. 46 coniunguntur ita: *τοῖσι δὲ πεμπομένοισι κήρυξι μετὰ δώρων τοιαῦτα ἐνετέλλετο ἐρωτᾶν εἰ*. Reliqui omnes: *τοῖσι δὲ ἄγειν*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια εἰ etc. Haud absimili modo eiusdem libri capitibus 56—68 omissis principium capitis 69 ad restituendam sermonis continuationem callide aptatum est. Desunt praeterea c. 77—79. c. 92. 93. In compendium sunt redacta c. 96 usque ad finem c. 100. Omissis capitibus 131—135 de suo explevit lacunam initio c. 136. Deinde desunt in SV Vall. aliis c. 138—178, e quibus perpauca tantum habent; desunt praeterea c. 181—184. 186. 199. VIII 77. 84. De suo utcunque sarcire et explere conatus est scriba II 178. III 98. 132. 140. VII 186. Deinde plane suo arbitratu commutavit audacissime casus, modos, tempora, genera verbi.

Ac casus temere commutati sunt ab audacissimo correctore

II	32	*ὕδατι* STA	*ὕδασι* MPKF
	172	*ἑωυτόν* ST	*ἑωυτοῦ* —
	181	*τοῦ* SVT	*οἱ δ'* —
IV	15	*Ἀπόλλωνος* STA	*Ἀπόλλωνι* —
	169	*ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτῳ χώρῳ* STA	*ἐν δ. τ. μ. τούτου χώρῳ* MPKF
V	92	*τινὰς — ὑπερέχοντας* SA	*τινὰ — ὑπερέχοντα* MPKF
	109	*τὰ κοινά* SV	*τὸ κοινόν* —
	117	*ἐπ' ἡμέρης ἑκάστης* SV	*ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ* —
VI	40	*Χερσόνησον* STA	*ἀπὸ Χερσονήσου* —
	57	*θυσίῃ τις δημοτελής* SVT	*θυσίην τις δημοτελῆ* MPKF
	—	*Ἀπόλλωνα* SVT	*Ἀπόλλωνος* —
	58	*λέβητας* STA	*λέβητα* —
	125	*ἑτέροισί μιν δωρέεται οὐκ ἐλάσσοσι* SVTA	*ἕτερα δωρέεται οὐκ ἐλάσσω* MPF
VII	10	*παρεόντα* S	*παρεόντι* MPKF
	16	*αὐτός* S	*αὐτό* —
	60	*πλήθεος ἀριθμόν* SVT	*πλῆθος ἐς ἀριθμόν* MPKF
	70	*τῆσι λοφιῇσι* STA	*τῇ λοφιῇ* MPKF
	161	*τοιάδε* SVT	*τοισίδε* (vel *τοῖσδε*) MPKF
	181	*σμύρνῃ τε* SVT	*σμύρνῃσι* —
	218	*οὐδένα* STA	*οὐδέν* MPK
VIII	15	*τὰς αὐτὰς ἡμέρας* ST	*ταῖς αὐταῖς ἡμέραις* (rectius: *τῇσι αὐτῇσι ἡμέρῃσι*) MPKF
	68	*κακίστη γενομένη* STA	*κακίστην γενομένην* —
	109	*καταμείναντες* STA	*καταμείναντας* —

His omnibus in locis (23) auctor edit. II Weidm. depravatas codicum SVT(A) scripturas in verba Herodoti recepit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Modi, tempora, activum et medium verbi genus incredibili impudentia perversa sunt:

I 3. 11. **17.** 18. 83. 113. 126. **140.** 204.
II 19. **47. 71.** 94. **108. 111.** 121. **143.**
III 21. 25. **44. 61. 120. 155.**
IV 9. 11. **58.** 72. 80. 83. **136. 140.**
V 12. 18. **47.** 77. 92. 124.
VI **7. 11. 40. 44. 69. 135.**
VII 2. 5. 8. **37. 103. 130. 146. 160. 209. 221.**
VIII 107. 108.
IX 2. 4. 6. 25. 70. 109. 119.

Locis duodetriginta, quos numeris maiusculis insignivi, auctor edit. II Weidm. vitiosas codicum SVT(A) scripturas recepit; de singulis conferas, quae in adnotatione critica editioni Tauchnitzianae praemissa disputavi.

Tum persaepe corrector sanas lectiones perverse attentat difficilioribus substituens faciliores ac sescenties in manifesta fraude et interpolatione deprehenditur. Quare ut comprobem, quanta levitate, audacia, temeritate in corrigendis mutandis scripturis versatus sit, peccata eius brevi recensebo. Ex mera coniectandi libidine atque ex glossematis ortas puto hasce correctiones, quae in SV sive S leguntur:

		SVT (sive S sol.)	MPKF
I	10	παρὰ πᾶσι τοῖσι ἄλλοισι	παρὰ τοῖσι ἄλλοισι
	21	συναγαγών	συγκομίσας
	85	εὐθηνίᾳ	εὐεστοῖ
	91	εἶπε	εἶπε τὰ εἶπε (cf. quae adnotavi ad I 91 in edit. II Teubneriana)
	114	ἐμαστίχθη (S sol.)	μετείθη
	136	μηδεμίαν βλάβην αἠδῆ	μηδεμίαν ἄσην
	185	παρακλίνασα	παρατείνουσα
	186	ἀπαιρέεσκον	ἀπαίρεσκον (rect. ἀπαείρεσκον)
	188	καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος τοῦ μοῦνος πίνει βασιλεύς.	καὶ δὴ καί κτλ. μούνου πίνει βασιλεύς.
	215	φαρέτρας	ἄρδις
II	37	δατέονται	πατέονται
	63	προτέρῃ	προτεραίῃ
	69	τοὺς ἐμπροσθίους πόδας	τοὺς προσθίους πόδας
	104	μαρτύριον	τεκμήριον

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

		SVT (sive S sol.)	MPKF
	137	γενομένων	τασσομένων
	143	ἀπηρίθμησαν	ἀπέδεξαν
	151	χρηστηρίου	χρησμοῦ
	170	λίμνη τέ ἐστι ἐχομένη, λιθινῇ κρηπῖδι κεκοσμημένη καὶ ἁρμοσμένη εὖ κύκλῳ	λίμνη τέ ἐστι ἐχομένη, λιθινῇ κρηπῖδι κεκοσμημένη καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ
III	3	πρεσβύτατον	πρεσβύτερον
	4	θύσας	καταμεθύσας
	6	κεινόν	κείμενον
	14	ἐτίμησας τούτοισι	ἐτίμησας
	16	μαστιγοῦν τὸν νέκυν	μαστιγοῦν
	31	εἰρημένην	ἐρωμένην
	34	τῇ γινομένῃ κρίσι	τῇ κρίσι
	36	λήψονται	λάμψονται
	44	πέμψας δὲ κήρυκα λάθρη Σαμίων Πολυκράτης παρὰ Καμβύσην	Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ Καμβύσην
	45	φαίνονται	φανέονται
	49	πρότερον	πρότεροι
	51	ὁ δὲ παῖς, ὅκως κτλ.	ὁ δὲ παῖς, ὅκως ἀπελαυνόμενος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπελαύνετ' ἂν καὶ ἀπὸ ταύτης, ἀπειλέοντός τε τοῦ Περιάνδρου τοῖσι δεξαμένοισι καὶ ἐξέργειν κελεύοντος.
		ἐπιλέγοντός τε τοῦ Περιάνδρου	
	55	εὖ ὑπὸ Σαμίων	ἱπὸ Σαμίων
	59	Κυπρίους	καπρίους
	63	ἀκούσας	εἴπαντος
	65	ἔπρησσον	ἔκρυπτον
	78	πυθόμενος	πειθόμενος
	82	μουναρχίης	μουνάρχου
	88	ἔλεγετο	ἔσχε
	—	κατάδηλος ὃς ἦν	κατάδηλος
	102	οἴκημα	οἴκησιν
	108	λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων εἰ μὴ γίνεσθαι καὶ αὐτοὺς ἀπηγέοντο οἷόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι	Libri MPKF omittunt ἀπηγέοντο verbum, quod structuram pervertit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

		SVT (sive S sol.)	MPKF
	111	τοὺς δὲ ἐπιόντας συλλέγειν· οὕτω μὲν τὸ κιννάμωμον συλλεγόμενον ἀπικνέεσθαι ἐς τὰς ἄλλας χώρας	τοὺς δὲ ἐπιόντας συλλέγειν οὕτω τὸ κιννάμωμον· συλλεγόμενον δὲ ἐκ τούτων ἀπικνέεσθαι ἐς τὰς ἄλλας χώρας.
	126	ἀγγαρήιον	ἀγγελιηφόρον
	127	λογιμωτάτους	δοκιμωτάτους
	131	πρώτους	ἄλλους
	131	ἐγένετο γὰρ ὧν τοῦτο ὅτι πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἰητροὶ εὐδοκίμησαν καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα εὐφημίζοντο	ἐγένετο γὰρ ὧν τοῦτο ὅτε πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι
	149	ἀπέπεμπον	ἐξεκήρυξαν
	155	διαλείπειν	διαλιπών
IV	14	εἶπας	ποιήσας
	22	ἕπεται	ἔχεται
	46	λόγιμον	λόγιον
	—	ζώοντες μὴ ἀπ' ἄρτου	ζώοντες μὴ ἀπ' ἀρότου
	48	ῥέοντες	ἰόντες
	78	πλεονάκις	πολλάκις
	81	ποιέει	ποιέειν
	99	Σκυθίη	Σκυθική
	136	ἄνδρες Ἴωνες, αἵ τε ἡμέραι ὑμῖν τοῦ ἐνιαυτοῦ διοίχηνται	ἀριθμοῦ (cf. IV 98 ἐπεάν με ἴδητε τάχιστα πορευόμενον ἐπὶ Σκύθας, ἀπὸ τούτου ἀρξάμενοι τοῦ χρόνου ἓν ἑκάστης ἡμέρης λύετε ἅμμα)
	162	ἐπειπάσης	εἰπάσης
V	9	ὠκυτάτους	ὀξυτάτους
	16	πολλάς	συχνάς
	18	κελευόμεναι	καλεόμεναι
	19	ἀναγομένου	ἀνακαιομένου
	29	διεξελθόντες	διεξιόντες
	67	ἐπαίνων	Κλεισθένης ῥαψῳδοὺς ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι τῶν Ὁμηρείων ἐπέων εἵνεκα, ὅτι Ἀργεῖοι τὰ πολλὰ πάντα ὑμνέαται
	71	ἐκόμισε	ἐκόμησε
	82	ἔφερε καρπόν	ἔφερε
	88	ἔκ τό τε	ἔκ τε τόσου

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

		SVT (sive S sol.)	MPKF
	92	κρυπτομένῳ	μαντευομένῳ
	101	τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἐλθόντας σφέας τὴν πόλιν ἔσχε τόδε	τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἑλόντας σφέας τὴν πόλιν ἔσχε τόδε
	109	ὅκου	ἐπ' οὗ
	111	τὰ δὲ πολέμια ἔργα κάρτα δόκιμος	τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος
VI	37	πέμπειν	μετιέναι
	38	μετὰ δέ ταῦτα	μετὰ δὲ
	40	ἔφυγε	ἐκφεύγει
	44	οἱ δὲ αὐτῶν νέειν — διεφθείροντο· οἱ δὲ πρὸς τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι, οἱ δὲ ῥίγεϊ	οἱ δὲ πρὸς τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι, οἱ δὲ αὐτῶν νέειν οὐκ ἠπιστέατο, καὶ κατὰ τοῦτο διεφθείροντο, οἱ δὲ ῥίγεϊ
	59	ἄλλο οὗτοι	ἄλλο
	60	παρακλύουσι	παρακληίουσι
	69	ἔγνω ὡς οὐ καλῶς τὸ ἔπος ἐκβάλοι	ἔγνω ὡς ἀνοίη τὸ ἔπος ἐκβάλοι
	73	ὠρθώθη	εὖ ὁδώδη
	100	ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἐλθεῖν ἐς τὰ ἄκρα	ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα
	107	μέζον	μειζόνως (rect. μεζόνως)
	110	Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτιάδης προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον προσγενόμενον τῷ μέρει τῆς γνώμης, ὑπ' ἧς ἐκεκύρωτο συμβάλλειν. Praeterea cf. c. 125. Vid. supra p. 17.	Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτίαδης προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον. προσγενομένης δὲ τοῦ πολέμου τῆς γνώμης ἐκεκύρωτο συμβάλλειν
	138	στησάμενοι	κτησάμενοι
VII	1	σῖτον καὶ πλοῖα	σῖτον
	8	τοῦτον	τοῦτο
	10	ἐσφάλησαν	ἐφθάρησαν
	11	ἱκανῶς	δυνατῶς
	16	αὐτός	αὐτό
	21	πρὸ τριῶν ἐτέων	ἐκ τρ. ἐτ.
	33	προσδιεπασσάλευσαν	διεπασσάλευσαν
	40	σύμμικτος στρατός	στρατός
	49	δεῖ γενέσθαι	δεῖ εἶναι
	53	ἀπολύσας	ἀποστείλας
	103	παρ' ἡμῖν μὲν μούνοισι	παρ' ἡμῖν
	143	πάθος	ἔπος

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

		SVT (sive S sol.)	MPKF
	150	ἐκστρατεύεσθαι	στρατεύεσθαι
	164	ὑπὸ δικαιοσύνης	ἀπὸ δικαιοσύνης
	168	Ξέρξεα	Πέρσην
	186	ὡς συμβαίνειν γίνεσθαι πάντα τὸν στρατὸν μυριάδας πεντακοσίας καὶ τριάκοντα καὶ χιλιάδας τρεῖς καὶ ἑκατοντάδας δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν, τὸν ἤγαγεν ὁ Ξέρξης	οὕτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτώ, καὶ χιλιάδας τρεῖς καὶ ἑκατ. δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης.
	190	αὕτη ἐγένετο χρηστή	ἐγένετο χρηστή
	218	οὐδένα	οὐδέν
	220	ἔσεσθαι	γενέσθαι
	226	πειθόμενον	πυθόμενον
VIII	15	παρασκευασάμενοι	παρακελευσάμενοι
	46	πλεύσαντος	σπεύσαντος
	48	παρέχοντες	παρεχόμενοι
	113	τους μυρίους Πέρσας	τοὺς Πέρσας
	118	δωρῆσαι	δωρήσασθαι
	128	καταπλέξαι	καταπλῆξαι
	142	λοιποὶ σύμμαχοι	σύμμαχοι
	143	ἐλευθερίην σκεπτόμενοι	ἐλευθερίης γλιχόμενοι
IX	18	κυκλώσαντες	πυκνώσαντες
	45	ἕλοιμι	ἐθέλοιμι
	70	ἐπῄεσαν	ἀπῆσαν
	84	ὑπονοούμενος	ὑπελόμενος
	85	τούτους δὲ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπαισχυνομένους τῇ ἀποστοὶ τῆς μάχης ἐγένοντο	τούτους δὲ — πυνθάνομαι ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης
	92	προῆγε	προσῆγε
	98	παρακεκρυμμένον	παρακεκριμένον

His omnibus in locis correctorem agnosco qui genuina scriptoris verba de industria pervertit. Saepe vetera codicis menda temere proprio Marte correxit, mendosis substituens mendosa, id quod nonnullis demonstrabo exemplis, quae sibi quisque facile augere poterit.

Leguntur lib. IV c. 33 haec: τὰς Θρῃκίας καὶ τὰς Παιονίδας γυναῖκας, ἐπεὰν θύωσι τῇ Ἀρτεμίδι τῇ Βασιληΐῃ, οὐκ ἄνευ πυρῶν καλάμης ἐχούσας τὰ ἱρά.

Cuius loci sententia reperta dudum est, sed scriptura me iudice nondum est sat bene et firmiter constituta. Mendosum esse illud ἐχούσας cum intellexisset archetypi auctor, e quo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SVT alii ducti sunt, ipse coniecturam periclitatus est, quae recentissimorum editorum plausum tulit. Mendosis substituit mendosa coniectando: θυούσας. Verum enim vero vix putaverim quemquam fore qui e scriptura θυούσας alteram ἐχούσας enasci potuisse sibi persuadeat. Quare Eltzii coniecturam in verba scriptoris recepi, qui codicum MPKF vestigiis insistens scite coniecit ἑρδούσας τὰ ἱρά. Cf. I 131 Διὶ θυσίας ἕρδειν, IV 60 θυσίῃ ἑρδομένῃ ὧδε.

IV 11 τοὺς δὲ Κιμμερίους ἐπιόντων Σκυθέων βουλεύεσθαι ὡς στρατοῦ μεγάλου ἐπιόντος· καὶ δὴ τὰς γνώμας σφέων κεχωρισμένας, ἐντόνους μὲν ἀμφοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλέων· τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον (SVA) κινδυνεύειν·

Codicum MPKF scripturam πρὸ πολλοῦ δεόμενα vitiosam esse ecquid potest esse certius? Quod cum non fugisset auctorem archetypi alterius familiae, e coniectura reposuit πρὸς πολλοὺς δεόμενον κινδυνεύειν. Ac concedendum est librarium aliqua ex parte locum feliciter restituisse (πρὸς πολλούς); nam quivis videt, a sermonis continuatione notionem requiri multitudinis copiarum numero plus valentis. Sed ne monitus quidem intelleges, alteram coniecturae partem vitiosam esse; nec usquam alibi invenitur forma δεόμενον pro δέον usurpata, quare correctiunculam plane reiciendam esse fidenter dico. Equidem a vestigiis codicum MPKF levius corruptis proficiscendum esse ratus in depravata scriptura ΔΕΟΜΕΝΑ κινδυνεύειν pellucentem cognoscere mihi videor genuinam scripturam ΔΕΟΙΑΝΑ i. e. δέοι ἀνακινδυνεύειν. Cuius emendationis ipsum Herodotum tibi dabo adiutorem et auctorem. Compara:

VIII 100 καὶ οἱ κρέσσον εἴη ἀνακινδυνεῦσαι ἢ κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα, ἢ αὐτὸν καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον. IX 26 ὡς χρεὸν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντα. IX 41 καὶ ταχέως σφέας παραδώσειν τὴν ἐλευθερίην μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας. Coniecturarum quotquot factae sunt putidissimam iudico, qua alteram editionem Weidmannianam deformatam esse nuperrime vidi (μηδὲ πρὸ σποδοῦ δεόμενον κινδυνεύειν). Quas ineptias non est quod exagitem.

IV 119. Ubi Scytharum legati ad Agathyrsos, Neuros finitimos venerunt auxilium petituri contra Dareum, Persarum regem, illi responderunt, Scythas, qui priores iniuria affecissent Persas bellique fecissent initium, mox poenas daturos esse Persis; se vero neque prius iniuriam intulisse Persarum genti neque nunc priores iniuria illos lacessituros esse. Sequuntur verba:

ἢν μέντοι ἐπίῃ καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέρην ἄρξῃ τε ἀδικέων καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεθα. Verbo πεισόμεθα loci intellectum perverti Sancroftiani scriba intellexit. Depravatae lectioni confidenter supposuit praeposteram coniecturam οὐκ οἰσόμεθα (Valla: *toleravimus*), quam hodie nihil attinet refutare. Mitto eam. Sed operae pretium me facturum existimo, si inter multa Herodoti manum revocandi facta conamina (Valckenaer.: σφε τισόμεθα, Schweighaeus.: παυσόμεθα, Gaisford.: ὑπησόμεθα) lectoribus Hoeggeri coniecturam propono ἀπωσόμεθα, haud admodum distantem a librorum MPKF scriptura οὐ πεισόμεθα. Qua emendatione sententiae satis apertae ratio ducitur et restituitur id quod unice Herodoti verbis convenit (cf. act. philol. Monac. III 4 490).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Legitur libr. V cap. 69:

ὡς γὰρ δὴ τὸν Ἀθηναίων δῆμον πρότερον ἀπωσμένον τότε πάντων (MPKF) *πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν προσεθήκατο* (*ὁ Πεισίστρατος*). *τὰς φύλας μετουνόμασε.* Locum scribae incuria corruptum esse patet; etenim nemo facile dicet quid sibi velit genetivus *πάντων*, cui codices SV alii substituerunt accusativum *πάντα*. Aut fallor aut hoc quoque loco manifestam erudituli correctoris fraudem tenemus, qui pervertit quantum potuit verborum concinnitatem, loquendi sanitatem. Ut facundissimo mortalium orationis nitorem et venustatem restituamus, scripturae levi vulnere affectae *ΤΟΤΕΠΑΝΤΩΝ* subveniamus rescribendo

ΤΟΤΕΕΠΑΝΙΩΝ i. e.

τότε ἐπανιών (= reversus). Origo corruptelae in aprico. De loci sententia conferas quae docui in edit. Teubnerianae vol. III p. 65.

Subiciam locum qui legitur lib. VII c. 10. Verba haec sunt:

διαβολή γὰρ ἐστι δεινότατον· ἐν τῇ δύο μέν εἰσι οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος· ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδικέει, οὐ παρεόντι (MPKF) *κατηγορέων· ὁ δὲ ἀδικέει ἀναπειθόμενος πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμάθῃ.*

Dativum *παρεόντι* cum verbo *κατηγορεῖν* coniunctum mendosum esse nemo negabit (cf. II 113 *ἱκέται δὲ ἱζόμενοι τοῦ θεοῦ κατηγόρεον τοῦ Ἀλεξάνδρου*); nec tamen facile mihi persuaserim, in reliquorum codicum scripturis Herodoti manum servari. Exhibent enim Sancroftianus *παρεόντα*, Vindobonensis *παρεόντων*, Parisini *παρεόντος*, quibus in scripturis gliscentem in codicibus labem et correctorum temeritatem facile cognosces. Quae si vere disputata sunt, non dubium esse poterit, quin dativus, quem libri MPKF praebent, genuinus sit; sed suspicio mihi orta est de verbi *κατηγορέων* integritate. Ut simpliciter breviterque dicam quod sentio, rescribendum mihi videtur *ἐπηγορέων*, in quo verbo et ipso accusandi vel calumniandi notio inest. Nam formam *κατηγορέων* margini reddendam esse arbitror, ubi male sedulus lector ascripserat. Quod foedum glossema postquam per alterum in textum irrepsit, tum demum genetivos *παρεόντων*, *παρεόντος* suppositos esse putaverim. Reponendum ergo: *παρεόντι ἐπηγορέων*.

De dativo cum verbo *ἐπηγορέειν* coniuncto conferas I 90 *Κῦρος δὲ εἴρετο ὅ τι οἱ τοῦτο ἐπηγορέων παραιτέοιτο*.

III 50. Duorum Polycratis filiorum alter, cui nomen erat Lycophron, cum audisset, patrem Melissam matrem occidisse, tanto maerore est affectus, ut eum nec salutaret nec interroganti quidquam responderet. Quod cum Polycrates aliquamdiu aequo animo tulisset, ad extremum *ira incensus* domo filium eiecit.

Ultima sententiae pars his verbis continetur:

Τέλος δέ μιν περὶ θυμῷ ἐχόμενος ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων.

Verba *περὶ θυμῷ ἐχόμενος* (= *ira incensus*?) non esse sana primus docuit *Eltzius*. Ac primum quidem nemo facile intelleget quid sit *prae ira teneri*; deinde vero etiam vix quisquam serio in animum sibi inducere poterit, tmesin esse statuendam. Non enim graece

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicitur *περιέχεσθαι θυμῷ* sed *ἔχεσθαι θυμῷ, ὀργῇ ira teneri.* Conferas si tanti est I 141 *ὀργῇ* (= *θυμῷ*) *ἐχόμενος* et I 35. 88. Accedit quod tmesis pauca tantum exempla apud Herodotum inveniuntur.*) Postremo autem nihil attinet eos refutare, qui *περί* (= *περισσῶς*) retracto accentu pro adverbio positum esse opinantur, id quod in sermone Herodoteo nullo pacto fieri potest. Quae cum ita sint, Eltzius Sancroftianum codicem *περιθύμως* exhibentem secutus coniecturam tentavit. Scripsit

περίθυμος ἐχόμενος

coll. Soph. Phil. 721 *τί ἀπόπληκτος ὧδ' ἔχει* (II pers. pass.) = attonitus, captus teneris. Quam coniecturam approbavit Lhardy, qui eam in verba Herodoti recepit. Reliqui vero omnes editores eam ab Herodoto utpote nimis artificiosam et poeticam iure abiudicaverunt. Inter quos Steinius suspicatus erat Herodotum scripsisse *περὶ θυμῷ ἀχθόμενος* coll. Hom. Il. χ 70 *ὀλύσσοντες περὶ θυμῷ*, ν 206 *περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη.* Quam verbi *ἄχθεσθαι* notionem prorsus alienam esse ab huius loci tenore postea ipse intellexit. Requiritur a sermonis continuatione verbum *irascendi*, quod unum convenit sequenti verbo *ἐξελαύνει μιν ἐκ τῶν οἰκίων.* Si mihi hoc dederis, non est ex mea quidem sententia admodum difficile dicere quod olim periit. Compara quaeso II 161:

ὡς δὲ ἀπικέσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀπρίην οὐκ ἄγοντα τὸν Ἄμασιν, οὐδένα λόγον ἑωυτῷ δόντα ἀλλὰ περιθύμως ἔχοντα περιταμεῖν προστάξαι αὐτοῦ τά τε ὦτα καὶ τὴν ῥῖνα, et revoca mecum altero loco: *τέλος δέ μιν περιθύμως ἔχων ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων*,

Facillimum est palaeographice demonstratu quomodo ex antiqua et proba lectione scribae errore vulgata scriptura enasci potuerit. Nam *Mediceus* codex, cuius primarias esse partes in constituendis Herodoti verbis identidem dixi, praebet literis coniunctis *περιθυμωι* accentu omisso.

Fortasse miretur aliquis quomodo *ἔχων* in *ἐχόμενος* abire potuerit. At proclive sane est statuere, *ἐχόμενος* tum demum ab aliquo superscriptum esse, postquam literae adverbii *περιθύμως* perperam disiunctae sunt in *περὶ θυμῷ.* Repositum est *passivum* a Graeculo qui plus quam ceteri saperet. Qui cum opinaretur, dativum *θυμῷ* cum praepositione iunctum *passivum* e grammatices norma requirere, temerariam excogitavit coniecturam *ἐχόμενος*, qua nihil pravius.

Ex eis quae hucusque disputavi, satis apparebit aliquam habere probabilitatis speciem coniecturam *περιθύμως ἔχων* altero loco II 161 confirmatam.

IV 79. Scyles, Scytharum rex, cum ad instituta inclinaret Graecorum, ipse Borysthenitarum urbem Olbiam, Milesiorum coloniam, frequentabat, exercitu in suburbio relicto. Quam ingressus clausis portis deposito Scythico cultu Graecanica induebat vestimenta. Portae autem interim custodiebantur, ne quis Scytha eum conspiceret Deis more Graecorum sacra facientem. Quod cum saepius fecisset, accidit aliquando ut male ei res cederet. Olbiam se contulerat ut

*) De usu tmesis apud Her. cf. quae in edit. altera Teubneriana annotavi lib. II c. 39.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui Bacchi sacris initiari cuperet; quem cultum Scythae Graecis probro vertisse traduntur, quia non esset rationi consentaneum, deum reperiri, qui homines in furorem ageret.

Sequuntur verba:

ἐπείτε ἐτελέσθη τῷ Βακχείῳ ὁ Σκύλης, διεπρήστευσε τῶν τις Βορυσθενειτέων πρὸς τοὺς Σκύθας λέγων, „ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν καὶ ὁ θεὸς ἡμέας λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται.

Mendosam scripturam *διεπρήστευσε* praebent Aldina, codex Vindob. (V), duo Parisini. *Mediceus* (M), Ascevianus (K), Passioneus (P), Florentinus (F) libri, ex una eademque familia oriundi, exhibent *ἐπρήστευσε*. Quos quattuor libros, quamquam ceteris (S. V.) longe sunt emendatiores et integriores et in Herodoti scriptura constituenda prae omnibus plurimum habent auctoritatis, tamen interdum levioribus scribendi mendis depravatos esse supra permultis comprobavi exemplis. Sic nostro quoque loco syllabam *δι* proclivi errore intercidisse putaverim. In *Sancroftiani* scriptura *διεπίστευσε* (*fidem fecit*) agnosco audacissimum correctorem, qui vetus codicis mendum temere proprio Marte correxit.

Sententia loci plana ac manifesta est. Ratiocinandi necessitas requirit *fugiendi* verbum, quo scriptor indicet, Borysthenitam inter muri custodes elapsum ad Scythas transfugisse eosque provocasse ut regem suum bacchantem viderent. Haec ut melius intellegantur, compares quaeso verba cap. 78:

τὰς δὲ πύλας ἐφύλασσον μή τίς μιν Σκυθέων ἴδοι ἔχοντα ταύτην τὴν στολήν.

Quem loci intellectum cum non ignorasset Valckenarius, scite coniecit pro *διεπρήστευσε*, a qua scriptura ad genuinam restituendam haud dubie proficiscendum est, *διέπεσε* „ut Borysthenitarum unus, custodiis insciis, quippe urbis portis occlusis, urbe *elapsus esse* putaretur; quo sensu frequentius *διαπεσεῖν* apud Xenophontem“, cui coniecturae palaeographicam quae dicitur necessitatem deesse quivis videt; accedit quod verbum *διαπίπτειν* ab Herodoteo loquendi usu plane abhorret. Eisdem de caussis refellenda est *Reizii* opinio coniectantis *διεπερίσσευσε* i. e. *nimia loquacitate rem effutiit*, et *Negris: διέπρησσε transegit;* quae verba minime conveniunt scriptoris sententiae supra expositae.

Haec conamina cum merito displicuissent *Schneidero*, ipse ex coniectura reposuit codicum vestigiis insistens:

διεδρήστευσε,

quod idem valere statuit atque *διέδρη* (aufugit, elapsus est), cum apud Hesychium *Δρῆσται. δραπέται;* et apud Herod. IV 142 *ἄδρηστα· ἀνδράποδα.* Quam coniecturam satis commodam Schweighaeusero et ipsi probatam in verba scriptoris recepit *Baehrius*, „cum non admodum distet a librorum scriptorum lectione *διεπρήστευσε.*“ Verum enim vero neque verbum *διαδρηστεύω* neque *δρηστεύω* usquam invenitur, quare hanc coniecturam plane reiciendam esse fidenter dico. Eodem argumento refutatur *Steinii*, recentissimi editoris, coniectura, qui proposuit: *διερπήστευσε* i. e. *perreptavit* sc. per custodias. Nunc res mihi erit cum *Dindorfio*, qui Herodoto vindicare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

studuit *διεδρηπέτευσε* i. e. *transfugit*, quod verbum ductum vult a *δρηπέτης* s. *δραπέτης* (cf. Her. III 137. VI 11). Quam coniecturam duabus potissimum de caussis dignam esse quae in Herodoti verba recipiatur nego; ac primum quidem ingeniosius subtiliusque excogitata est quam quae in nativam sermonis Herodoti sinceritatem quadret. Altera caussa in eo est posita, quod *compositum διαδρηπετεύω* nusquam reperitur, simplici vero verbo neque Herodotus neque Thucydides usquam utitur. Postremo autem vix minimi momenti instar habebo, quod hoc verbum proprie dicitur de *servis fugitivis*, de quibus nostro loco cogitari nequit. Qua in re tenendum puto, Herodotum uti verbo *ἀποδρῆναι*, ubi agitur de servo fugitivo lib. IV c. 43.

Exstitit nuperrime vir doctus qui cum nonnullos Herodoti locos feliciter restituisset, nostro quoque loco opem ferre conatus est. *G. A. Gebhardtus* in part. II emendationum Herodotearum (Curiae Regnitianae 1857) *διεπρήστευσε* conflatum vult ex his duobus:

διεκπερήσας ἔσπευσε i. e.

muro transcenso properavit (sc. ad Scythas). Vix putaverim quemquam fore, qui ex scriptura *διεκπερήσας ἔσπευσε* alteram *διεπρήστευσε* enasci potuisse sibi persuadeat. Meliora quaeramus. A sermonis continuatione verbum *fugiendi* flagitari supra evicisse mihi videor. Quod ut nostro loco reponatur, ante omnia quaerendum, quid requirat Herodoteus loquendi usus, *quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.* Utitur Herodotus permultis locis verbis *ἀποδιδράσκειν* et *διαδιδράσκειν*, quorum aoristi II *ἀπέδρη*, *διέδρη* saepissime leguntur. Compara III 135. IV 43. VIII 60. 75. 80. IX 37. 58. 59. 88. Ne monitus quidem ex *prima* istius verbi parte (*διεπρη*) literarumque ductibus mecum expiscabere *διέδρη*, *urbe elapsus est* per custodias (*διά*) prope murum collocatas. Quod verbum cum unice Herodoti sententiae conveniat idemque Herodoteo loquendi usu vel maxime comprobetur lenissimaque medicina nostro loco restituatur, in verba scriptoris recipiendum esse arbitror. Quaeritur quid lateat in altera verbi *διεπρήστευσε* parte *στευσε*. Ne multa! Videor mihi in *στευσε* agnoscere adverbium *ἐνθεῦτεν* ita ut Herodotus dixerit: *διέδρη ἐνθεῦτεν inde* i. e. ex Borysthenitarum urbe *elapsus est.* Quam accuratiorem *loci* definitionem sententiae egregie respondere nemo negabit*).

Huius modi in locis si ratio valebit ad genuinam scripturam restituendam non ab illa temeraria Graeculi interpolatione sed a vestigiis codicum MPKF quanquam librarii incuria depravatis proficiscendum est, quibus plane neglectis corrector iste ad falsa et improbabilia delatus est.

Quorum codicum (SV) diversis scripturis (i. e. glossematis), quae non ex antiquo et meliore exemplari petitae sunt, sed ex hariolatione potius coniectandique libidine Byzantini alicuius manaverunt, cum Weidmannianae editionis auctor, specie quadam commotus, temere assensus esset easque in verba scriptoris festinanter recepisset, inde factum est ut iure sumere mihi viderer, nullam facile Herodoti editionem corruptiorem atque deformiorem exstitisse Weidmanniana, quam (priorem dico editionem) sescentis paene locis distare a nostra quivis concedet,

*) Egi de hoc loco in Cur. Herod. p. 14.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui utramque editionem usu compertam habebit. Qua de re conferas quae uberius exposui in dissertatione, qua recentiores Herodoti editiones inde a Gaisfordiana recensui (Philol. XXI 78—100). Idem fere sentio de altera edit. Weidmanniana, quanquam concedendum est, virum doctum, qui in priore editione praeiudicata ductus opinione paene omnes vitiosas codicum SV lectiones arripuerat, in altera, cum tandem aliquando meliora edoctus esset, haud pauca glossemata, interpolationes, coniecturas, quibus isti codices deformantur, abiecisse. Sed tantum abest ut omnes maculas, priori editioni aspersas, absterserit ut in altera quoque editione quadraginta fere scripturas codicum SV parum recte retinuerit. Ne quid resideat in animo scrupuli compara:

Legitur III 31 *ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης, καὶ ἔπειτα βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι, ὅτι οὐκ ἐωθότα ἐπενόεε ποιήσειν, εἴρετο καλέσας τοὺς βασιληίους δικαστάς, εἴ τίς ἐστι κελεύων νόμος τὸν βουλόμενον ἀδελφεῇ συνοικέειν.*

Ad quaestionem a Cambyse propositam cum iudices regii respondissent, nullam se legem reperire, quae fratrem in matrimonium ducere sororem iuberet, aliam vero se reperisse legem quae statueret, licitum esse regi facere quidquid vellet, tum Cambyses sororem duxit uxorem

τότε μὲν δὴ ὁ Καμβύσης ἔγημε τὴν ἐρωμένην. Scripturam codicum MPKF *τὴν ἐρωμένην* haud dubie praeferendam esse alteri *τὴν εἰρημένην*, quam exhibent codices SVT, quis est qui non intellegat? conferas quae supra leguntur: *ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης.*

Subiungam quattuor locos, in quibus sanas lectiones perverse attentavit audacissimus corrector. Ac primum quidem lib. VII c. 53 leguntur verba:

ταῦτα εἴπας καὶ Ἀρτάβανον ἀπολύσας (SVT) *ἐς Σοῦσα μετεπέμψατο Ξέρξης Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους.* Pervertit quantum potuit scriba tersam Herodoti dictionem, cui una respondet codicum MPKF scriptura *ἀποστείλας.* Nam me quidem iudice *ἀπολύσας* Graece non dicitur pro *ἀπολύσας* (scil. *τῆς στρατηίης*) *ἀπέστειλε ἐς.* Quam verbi *ἀπολύειν* interpretationem nimis artificiosam ac quaesitam esse iudico.

Alter locus scribae incuria corruptus legitur lib. VI c. 138:

οἱ δὲ Πελασγοὶ οὗτοι Λῆμνον τότε νεμόμενοι καὶ βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους τιμωρήσασθαι, εὖ τε ἐξεπιστάμενοι τὰς Ἀθηναίων ὁρτάς πεντηκοντέρους στησάμενοι ἐλόχησαν Ἀρτέμιδι ἐν Βραυρῶνι ἀγούσας ὁρτὴν τὰς τῶν Ἀθηναίων γυναῖκας. In castissimo Herodoti sermone non tolerandum est obscurum illud *στησάμενοι,* quod codices SVT praebent. Tu mecum restituas codicum MPKF scripturam: *κτησάμενοι,* quae rectissime se habet.

Etiam foedius glossema irrepsit in Herodoti verba lib. VII c. 40:

ἡγέοντο δὲ πρῶτοι μὲν οἱ σκευοφόροι τε καὶ τὰ ὑποζύγια, μετὰ δὲ τούτους σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων ἀναμίξ. Quem non taedebit inepti istius additamenti *σύμμικτος,* quod omittunt libri MPKF?

Simile vitium tollas eiusdem libri c. 190. Narrat Herodotus, Aminoclem, civem Magnetem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui circa Sepiadem promunturium praedia habebat, Persarum navibus ad scopulos allisis multa argentea, aurea pocula, alia pretiosa, in litus eiecta sustulisse. Sequuntur verba: *ὥστε Ἀμεινοκλέϊ, τῷ Κρητίνεω, ἀνδρὶ Μάγνητι, γηοχέοντι περὶ Σηπιάδα, μεγάλως ἡ ναυηγίη αὕτη* (SAT) *ἐγένετο χρηστή*. Omittunt pronomen *αὕτη*, quod nemo desiderabit, libri MPKF.

Eadem opera tres alios locos consimiles vitio purgari licebit.

Primus legitur lib. I c. 10:

παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνόν, ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει.

Expungas, quaeso, voculam insiticiam *πᾶσι* (SV), quam omittunt libri MPKF.

Subiciam locum plane similem VII 103. Xerxi, Graecorum numerum sciscitanti, Demaratus respondit: *ἀριθμοῦ δὲ πέρι μὴ πύθῃ ὅσοι τινὲς ἐόντες ταῦτα ποιέειν οἷοι τέ εἰσι· ἢν τε γὰρ τύχωσι ἐξεστρατευμένοι χίλιοι, οὗτοι μαχέσονταί τοι, ἤν τε ἐλάσσονες τούτων, ἤν τε καὶ πλεῦνες.* Cui Xerxes:

κῶς ἂν δυναίατο χίλιοι ἢ καὶ μύριοι ἢ καὶ πεντακισμύριοι — στρατῷ τοσῷδε ἀντιστῆναι; ἐπεί τοι πλεῦνες περὶ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα ἢ χίλιοι, ἐόντων ἐκείνων πέντε χιλιάδων. — δοκέω δὲ ἔγωγε καὶ ἀνισωθέντας πλήθεϊ χαλεπῶς ἂν Ἕλληνας Πέρσῃσι μούνοισι μάχεσθαι. ἀλλὰ παρ' ἡμῖν μὲν μούνοισι τοῦτό ἐστι τό συ λέγεις — εἰσὶ γὰρ Περσέων τῶν ἐμῶν αἰχμοφόρων οἳ ἐθελήσουσι Ἑλλήνων ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ μάχεσθαι.

Diligenter locum inspicientibus perspicuum erit, in verbis *μὲν μούνοισι*, quae codices SAT praebent, non Herodoti verba teneri, sed stulti Graeculi ineptam interpolationem. Delenda sunt ista verba, a cod. MPKF omissa.

His locis adiungam quattuor luculenta exempla, in quibus eruditulum correctorem impudentia incredibili de suo utcunque sarcientem et explentem deprehendere mihi videor. Sincera ac genuina Herodoti verba, quae leguntur lib. III c. 44: *Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ Καμβύσην τὸν Κύρου, συλλέγοντα στρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας ἐς Σάμον δέοιτο στρατοῦ* (sic MPKF), in codicibus SVTA huncce in modum depravata sunt: *πέμψας δὲ κήρυκα λάθρῃ Σαμίων Πολυκράτης παρὰ Καμβύσην κτλ.*

Eadem temeraria librarii audacia corruptus est locus lib. III c. 111, quem codices MPKF ita exhibent: *τοὺς δὲ ἐπιόντας συλλέγειν οὕτω τὸ κινάμωμον· συλλεγόμενον δὲ ἐκ τούτων ἀπικνέεσθαι ἐς τὰς ἄλλας χώρας.* Nativam sermonis Herodotei concinnitatem deformavit nescio quis cum scriberet: *τοὺς δὲ ἐπιόντας συλλέγειν· οὕτω μὲν τὸ κινάμωμον συλλεγόμενον ἐκ τούτων ἀπικνέεσθαι ἐς τὰς ἄλλας χώρας* (SVTA).

Tertium tibi dabo locum, in quo meram coniectandi libidinem correctoris agnosco. Narrat Herodotus lib. VI c. 44 immoderatis tempestatibus maximam classis Persicae partem ad Athon montem impulsam naufragio misere interisse; ac navium quidem ad trecentas perisse, hominum amplius viginti milia. Sequuntur verba:

ὥστε γὰρ θηριωδεστάτης ἐούσης τῆς θαλάσσης ταύτης τῆς περὶ τὸν Ἄθων, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων διεφθείροντο ἁρπαζόμενοι· οἱ δὲ πρὸς τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι, οἱ δὲ αὐτῶν νέειν οὐκ ἠπιστέατο καὶ κατὰ τοῦτο διεφθείροντο, οἱ δὲ ῥίγεϊ (MPKF).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Verborum ordinem infaceta turbavit transpositione auctor archetypi illius, e quo libri SVT ducti sunt; in his enim verba sic constituta sunt: *ὥστε γὰρ — περὶ τὸν Ἄθων, οἱ μὲν — ἁρπαζόμενοι· οἳ δὲ αὐτῶν νέειν οὐκ ἠπιστέατο καὶ κατὰ τοῦτο διεφθείροντο, οἱ δὲ πρὸς τὰς πέτρας ἀρασσόμενοι, οἱ δὲ ῥίγεϊ·* Quae quidem ficta et absurde esse ficta facile apparet.

Sequitur quartus locus eiusdem correctoris fatuitate mutilatus, qui legitur I 91: *τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου· οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε* (SV). Ut Herodoto orationis venustas et nativa concinnitas sermonis reddatur, fidenter mecum reponas codicum MPKF scripturam, permultorum exemplorum similitudine stabilitam: *τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένω, εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου κτλ.* Cuius lectionis ipsum Herodotum tibi dabo adjutorem. Compara I 206 *παῦσαι σπεύδων τὰ σπεύδεις*, I 39 *χρῆν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις*, II 49 *ἀπὸ τούτου μαθόντες ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι οἱ Ἕλληνες* et III 16. Qua de re conferas quae exposui ad I 91 in editione altera Teubneriana p. 75.

Praeter has scripturas e glossematis ortas expungendae mihi videntur hae codicum SVT scripturae, quas ipsas Weidmannianae editionis auctor in Herodoti verba iniuria recepit. Debentur enim eidem correctori, sescenties in manifesta fraude et interpolatione deprehenso. Ac primum II 69 pro codicum SVTA scriptura *ἀμφιδέας ἐνθέντες περὶ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας* restituendum *ἀ. ἐ. περὶ τοὺς προσθίους* (MPKF) *πόδας*,

II 137 pro cod. SVTA scriptura:

ὑψηλέων δὲ καὶ ἑτέρων γενομένων ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πολίων restituendum: *ὑψ. δ. κ. ἑτ. τασσομένων* (MPKF) *ἐ. τ. Αἰγ. π.*

III 6 pro cod. SVTA scriptura:

καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κεινὸν οὐκ ἔστι ὡς λόγῳ εἰπεῖν ἰδέσθαι restituendum:

κ. ἑ. κ. οἰ. ἀ. κείμενον (MPKF) *ο. ἔ. ὡ. λ. εἰ. ἰ.*

III 55 delendum est *εὖ*, quod perperam interponunt libri ST (*τιμᾶν δὲ Σαμίους ἔφη δίοτι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ εὖ ὑπὸ Σαμίων*). Omittunt *εὖ* libri MPKF. Eiusdem libri c. 127 reponenda est codicum MPKF scriptura: *συγκαλέσας Δαρεῖος Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους* (SVTA: *λογιμωτάτους*).

IV 14 rescribendum: *καὶ ὅθεν μὲν ἦν Ἀριστέης ὁ ταῦτα ποιήσας* (MPKF) *εἴρηται.* In libris STA pro genuina scriptura *ποιήσας* mendosa substituta est *εἴπας.*

IV 46 in verbis *οὔτε γὰρ ἔθνος τῶν ἐντὸς τοῦ Πόντου οὐδὲν ἔχομεν προβαλέσθαι σοφίης πέρι οὔτε ἄνδρα λόγιον* (MPKF) *οἴδαμεν γενόμενον πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος καὶ Ἀναχάρσιος* respuenda est cod. SVTA scriptura *λόγιμον.*

IV 48 manifestam correctoris fraudem tenemus, qua in Herodoti verba *ὁ δὲ δὴ Ἀραρός τε καὶ ὁ Νάπαρις καὶ ὁ Ὀρδησσός, διὰ μέσου τούτων ἰόντες* (MPKF), *ἐσβάλλουσι ἐς τὸν Ἴστρον* e glossemate inlatum est *ῥέοντες* (STA).

Eiusdem libri c. 99 codicum MPKF scripturam *ἀπὸ Ἴστρου αὕτη ἤδη ἀρχαίη Σκυθική*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐστι praeferendam esse duco alteri Σκυθίη (TA). Cf. infra ἔστι γὰρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα τῶν οὔρων ἐς θάλασσαν φέροντα. Praeterea c. 162 reponendum: εἰπάσης (MPKF) δὲ αὖτις τῆς Φερετίμης τωὐτὸ ἔπος (SVTA: ἐπειπάσης).

Libri quinti c. 80 scribendum est μαντήιον (MPKF), non χρηστήριον (SA).

c. 82 ἥ τε γῆ σφι ἔφερε (MKF), non ἥ τ. γ. σφ. ἔφερε καρπόν (SA et P man. sec.), ubi initio capitis dixerat Herodotus: ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἀνεδίδου.

VI 39 genuinae lectioni μετὰ δὲ τελευτᾷ ἅπαις (MPKF) supposuit corrector alteram tritissimam μετὰ δὲ ταῦτα (RTA), quam exterminari iubeo.

Lib. VI 59 init. putide abundat pronomen οὗτοι in verbis συμφέρονται δὲ ἄλλο οὗτοι (STA) τόδε τοῖσι Πέρσῃσι. Omittunt MPKF.

c. 107. Servanda est genuina codicum MPKF scriptura: καὶ οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς ἐώθεε. Eadem adverbii forma recurrit II 161. III 128. V 92. VI 84, cuius in locum libri SVT substituerunt usitatiorem μέζον.

Libri septimi c. 1 leguntur verba: πολλῷ πλέω ἐπιτάσσων (Δαρεῖος) ἑκάστοισι ἢ πρότερον παρεῖχον καὶ νέας τε καὶ ἵππους καὶ σῖτον MPKF. Adiciunt his libri STA καὶ πλοῖα, quae verba cum magnam moveant suspicionem delenda esse censeo.

Eiusdem libri c. 11 pro rariore dictione δυνατῶς ἔχει MPKF (= δυνατόν ἐστι) libri SVT exhibent pervulgatam ἱκανῶς ἔχει, quam margini reddendam esse censeo, ubi nescio quis ascripserat.

c. 21 legendum est: καὶ τοῦτο μέν — προετοιμάζετο ἐκ (MPKF) τριῶν ἐτέων κου μάλιστα ἐς τὸν Ἄθων „ac primum quidem iam inde a tribus fere annis ea maxime praeparaverat quae ad Athon spectabant.“ Codicum STA scripturam πρὸ τριῶν ἐτέων e glossemate ortam esse quovis pignore contendo.

c. 49 leguntur Artabani verba, expeditionem dissuadentis, quam Xerxes in Graeciam suscepturus erat: οὔτε γὰρ τῆς θαλάσσης ἐστὶ λιμὴν τοσοῦτος οὐδαμόθι, ὡς ἐγὼ εἰκάζω, ὅστις ἐγειρομένου χειμῶνος δεξάμενός σευ τοῦτο τὸ ναυτικὸν φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας. καί τοι οὐκὶ ἕνα αὐτὸν δεῖ εἶναι (MPKF) τὸν λιμένα ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν τὴν ἤπειρον, παρ' ἣν δὴ κομιέαι. Codicum SVT scripturam γενέσθαι loci sententiam perimere vix est quod moneam.

E manifesto glossemate inlata est c. 143 pro codicum MPKF scriptura ἔπος altera πάθος, quae in libris SVT (parum accurate ut solet Steinius: πάθος T) invenitur. Verba haec sunt: ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριών, τῷ οὔνομα ἦν Θεμιστοκλέης. οὗτος ὠνὴρ οὐκ ἔφη πᾶν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως (antecedunt proxime Pythiae verba:

ὦ θείη Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν
ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης)

οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε, ὦ σχετλίη Σαλαμίς, ἀντὶ τοῦ ὦ θείη Σαλαμίς.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

c. 150. Restituenda codicum MPF scriptura *οὐκ ὦν ἡμέας οἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι;* ac mirandum est fuisse qui glossema *ἐκστρατεύεσθαι* (FST) alteri scripturae praeferret.

Eadem de caussa c. 164 scribendum: *ἀπὸ* (MPKF) *δικαιοσύνης ἐς μέσον Κύροισι καταθεὶς τὴν ἀρχήν*, non *ὑπὸ δικαιοσύνης* (STA). Septimus eiusdem libri locus scribae libidine corruptus legitur c. 169: *ἐποίευν ὧν ἐπίτηδες, ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Ξέρξεα* (SVT) *λέγειν τοιάδε.* Libri MPKF: *Πέρσην*, quod praestare videtur.

Restant tres loci eiusdem correctoris temeritate vexati, quorum primum e lib. VII c. 218 depromam, ubi haec leguntur: *ὡς δὲ εἶδον ἄνδρας ἐνδυομένους ὅπλα, ἐν θώματι ἐγένοντο· ἐλπόμενοι γὰρ οὐδέν* (MPK) *σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον, ἐνεκύρησαν στρατῷ.* Insulsum est quod excogitavit nescio quis *οὐδένα* (STAF).

Alter legitur c. 220: (*ἐκέχρητο τοῖσι Σπαρτιήτῃσι*) *ἢ Λακεδαίμονα ἀνάστατον γενέσθαι* (MPKF) *ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἢ τὸν βασιλέα σφέων ἀπολέεσθαι.* Idem librarius qui melius quam Herodotus Graece scire sibi visus est, proprio Marte periclitatus est coniecturam *ἔσεσθαι* (ST), multis nominibus reprehendendam. — Praeter locos allatos conferas eiusdem libri c. 16. 33.

Postremo lib. VIII c. 109 in verbis:

> *ἀλλ' εὖ γὰρ ἔχει ἐς τὸ παρεὸν ἡμῖν νῦν μὲν ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντας* (MPKF) *ἡμέων τε αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι καὶ τῶν οἰκετέων — ἅμα δὲ τῷ ἔαρι καταπλώωμεν ἐπὶ Ἰωνίης*

accusativum *καταμείναντας* e grammatices norma requiri quivis Graece sciens concedet; neque dubium esse potest, quin codicum STA scriptura *καταμείναντες*, a Steinio in Herodoti verba recepta, mendosa sit.

His omnibus in locis is qui Weidmannianam editionem curavit vitiosas codicum SVT scripturas secutus est; quo iure ipse viderit. Ab hoc deverticulo regressi ad propositum revertamur.

Ex eadem familia, qua Sancroftianus, profectus est cod. Vindobonensis, quem eisdem lacunis, interpolationibus, glossematis laborare iam Wesselingius intellexit. Est liber chartaceus, accurate descriptus, saec. XIV exaratus. Fuit quondam e libris Mathiae Corvini, quibus divenditis una cum aliis multis codicibus opera Sambuci*), qui quattuor ducatis emit, in bibliothecam imperialem Vindobonensem translatus est. Numerum habet LXXXV. Descripsi codicem, quem ipse inspexi, in Philol. XI 207; de interpolationibus eius, de glossematis, vitiosis scripturis, Vindobonensi cum Sancroftiano communibus supra egi.

Tertio loco posuerim codices Vaticanos sex, qui Romae in Vaticana asservantur. Sunt

---

*) De Sambuco conferas catal. bibliothec. Vindobonensis: „Joannes Sambucus Pirnaviensis Pannonius imperatoris Max. II et Rudolfi II consiliarius, historicus, medicus, qui a. 1584 Id. Jun. Vindobonae apoplexia obiit."

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libri chartacei recentioris aetatis, signati numeris 176. 215. 332 et 122. 123. 1359, qui ad unum omnes ad saec. XV pertinere videntur. Horum in numerum referendus est Vaticanus iste, quem in altera edit. Weidm. compendio T designatum video. Ac quis non iure miretur, quod editor quas interpolationes vitiosasque scripturas in priore editione e codicibus SV duxerat, easdem in altera ex Vaticano T arripuit; plane enim consentire Vaticani et Sancroftiani Vindobonensisque scripturas nunc ostendam.

Lib. I.

c. 17	ἐπολιόρκησε ST	ἐπολιόρκεε MF	c. 192	Ἀττικοῦ ST (recte ut videtur). Praeter hos locos conferas c. 7. 193. 203.	Ἀττικῆς MPKF
123	εὕρισκε ST	εὑρίσκεται MFPA			
140	ἑλκυσθῇ ST	ἑλκυσθῆναι MFK			
186	ἀπαιρέεσκον ST	ἀπαίρεσκον MFK			

Quo factum sit ut e primo libro perpaucas scripturas codicis T afferre potuerit Stein., hinc repetendum mihi videtur, quod liber I huius codicis eisdem lacunis mutilatus est, quas in Sancroftiano, Vindob. inesse supra docuimus.

Lib. II.

c. 4	ἀστέρων SVT	ἄστρων reliqui	c. 69	ἐμπροσθίους ST	προσθίους reliqui
—	Μύριος SVT	Μοίριος —	—	ταριχεύσαντες ST	ταριχεύοντες —
10	ὥς ST	ὥστε —	71	ποιέεται ST	ποιέεσθαι —
11	εἰ ὦν δή SVT	εἰ ὦν —	108	ὤρυξαν ST	ὤρυσσον —
17	ἀπὸ τῶν Καταδούπων SVT	ἐκ τ. Καταδ. —	111	ἀνέβλεψε ST	ἀνέβλεπε —
			114	τὴν σήν ST	ταύτην —
18	οὐδέν SVT	οὐκ —	116	ὧδε ST	οὕτω —
32	ὕδατι ST	ὕδασι —	135	κομίσαντός μιν ST	κομίσαντος —
43	ὡς SVT	ὅτι —	137	γενομένων SVT	τασσομένων —
47	εἰ ST	ἐπί —	143	ἱστᾷ SVT	ἵσταται —
53	ἐγένοντο ST	ἐγένετο —	172	ἑωυτόν ST	ἑωυτοῦ —

Praeter hos locos conferas c. 16. 22. 24. 30. 47. 49. 53. 61. 87. 99. 112. 113. 145. 159. 168. 180. 181, in quibus Vaticani T scripturae plane cum Sancroftiano consentiunt.

Lib. III.

c. 6	κεινόν SVT	κείμενον reliqui	c. 44	δεησόμενος SVT	δεόμενος reliqui
8	ὑποξυροῦντες ST	περιξυροῦντες —	55	εὖ ὑπὸ Σαμίων ST	ὑπὸ Σαμίων —
16	κεντροῦν ST	κεντοῦν —	61	εἴησαν SVT	τε ἦσαν —
31	εἰρημένην SVT	ἐρωμένην —	93	ἀπαγίνεον SVT	ἀγίνεον —
39	ἔχων ST	ἴσχων —	102	τό SVT	αὐτοί —
44	πέμψας δὲ κήρυκα λάθρῃ Σαμίων Πολυκράτης παρά SVT	Πολυκράτης δὲ πέμψας παρά —	111	συλλέγειν. οὕτω μὲν τὸ κιννάμωμον συλλεγόμενον ἐκ SVT	συλλέγειν τὸ κιννάμωμον, συλλεγόμενον δὲ ἐκ. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

c. 126	ἀγγαρήιον SVT	ἀγγελιηφόρον reliqui	c. 154	Δαρεῖον SVT	Δαρείου reliqui
127	λογιμωτάτους SVT	δοκιμωτάτους —	155	διαλείπειν SVT	διαλιπών —

Conferas praeterea c. 9. 15. 26. 31. 53. 64. 74. 80. 81. 90. 100. 105. 109. 119. 120. 124. 140. 153. 156. 158.

Lib. IV.

c. 8	ὡς ἀπικέσθαι ST	ἀπικέσθαι reliqui	c. 77	πέπαισται SVT	πέπλασται reliqui
14	εἴπας ST	ποιήσας —	87	αὐτοῦ SVT	αὐτόν —
15	Ἀπόλλωνος ST	Ἀπόλλωνι —	106	ἀνδροφαγέουσι SVT	ἀνθρωποφαγέουσι
23	χῶρον ST	χώρης —	114	δικαιότατοι SVT	δίκαιοι reliqui
—	Ὀργεμπαῖοι SVT	Ἀργιππαῖοι —	136	προέτεινον SVT	προετείνοντο —
46	λόγιμον SVT	λόγιον —	140	πιστεύοντες SVT	πιστεύσαντες —
48	ῥέοντες SVT	ἰόντες —	162	ἐτειπάσης SVT	εἰπάσης —
59	οὐνομάζονται SVT	οὐνομάζεται —	165	ἵζετο SVT	ἕζετο —
72	καλλιστεύοντας SVT	καλλίστους —	189	ἐτί SVT	ἐν —
76	Ἀναχάρσι — Σκύλῃ SVT	Ἀνάχαρσις — Σκύλης			

Quibus locis adicias c. 22. 30. 52. 59. 73. 79. 86. 138. 149. 167. 187.

Lib. V.

Quinti libri scripturas e cod. Vatic. T petitas non attulit Stein.

Lib. VI.

c. 7	ἐστρατεύοντο SVAT	ἐστράτευον reliqui	c. 107	μέζον SVT	μεζόνως reliqui
—	μηδένα ST	μή —	125	ἑτέροισί μὲν δωρέεται οὐκ ἐλάσσοσι SVAT	ἕτερα δώρεεται οὐκ ἐλάσσω —
40	χερσόνησον SAT	ἀπὸ χερσονήσου —			
57	Ἀπόλλωνα SVT	Ἀπόλλωνος —			
97	Δῆλον SAT	νῆσον —	131	κρίσι SAT	κρίσιος —
105	Φιλιππίδην SVT	Φειδιππίδην —	138	στησάμενοι SVT	κτησάμενοι —

Praeterea conferas c. 15. 23. 38. 45. 57. 58. 59. 69. 87. 123. 125. 135.

Lib. VII.

c. 2	ἔδεε ST	δεῖ reliqui	c. 60	πλήθεος ἀριθμόν	πλῆθος ἐς ἀριθμόν reliqui
8	τοῦτον ST	τοῦτο —			
11	ἱκανῶς SVT	δεινῶς —	70	τῇσι λοφιῇσι SAT	τῇ λοφιῇ —
12	Πέρσῃσι SAT	Πέρσας —	121	συντομώτερον SVT	συντομώτατον —
21	πρό SVAT	ἐκ —	130	ἐφυλάσσοντο SVT	ἐφυλάξαντο —
37	ἔφρασαν SAT	ἔφραζον —	146	ἤγαγον ST	ἦγον —
49	δεῖ γενέσθαι SVT	δεῖ εἶναι —	159	βωθέειν SVT	βώθεε —
53	ἀπολύσας SVT	ἀποστείλας —	209	παρεσκευάζοντο SVT	παρασκευάζοιντο —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

c.218	*οὐδένα* SAT	*οὐδέν* reliqui	c.221	*ἀπέλιπε* SAT	*ἀπελείπετο* reliqui
219	*ἅμα οἱ* SVT	*ἅμα ἠοῖ* —	229	*ἐπ' ἐκεῖνο* SVAT	*ἐκεῖσε* —
220	*ἔσεσθαι* ST	*γενέσθαι* —			

Praeter hos locos conferas c. 1. 3. 8. 10. 16. 28. 33. 37. 38. 40. 49. 102. 103. 150. 161. 181. 184. 190. 196. 223. 224.

Lib. VIII.

c. 12	*ἐξεφορέοντο* SVT	*ἐξεφέροντο* reliqui	c.109	*καταμείναντες* SAT	*καταμείναντας*
15	*τὰς αὐτὰς ἡμέρας*	*τῇσι αὐτῇσι ἡμέρῃσι*	144	*τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν* SVT	*τὴν πρὸς ἡμέας ἐοῦσαν.*
26	*Τριτανταίχμης* ST	*Τιγράνης*			

Praeterea conf. c. 56. 60. 68. 75. 106. 108. 113. 121. 137. 142.

Lib. IX.

c. 4	*ἐλπίσας* ST	*ἐλπίζων* reliqui	c. 66	*ἦγε* AST	*ἤϊε* reliqui
7	*ἐμμαχέσασθαι* SVT	*μαχέσασθαι* —	76	*ῥῦσαι* SVT	*λῦσαι* —
10	*ἐπιτρέψαντες* ST	*ἐπιτάξαντες* —	91	*Ἡγησιστράτου* SVT	*ἡγησίστρατον* —
23	*ἀλλά* SVT	*ἀλλ' ἅμα* —	111	*μέγα* SVT	*μεγάλα* —
32	*ἀπεικάσαι* TST	*ἐπεικάσαι* —	114	*διαβαλόντες* ST	*διαβάντες* —
48	*τάξιν* ST	*στάσιν* —	116	*ἀφυλάκτῳ* SVT	*ἀφύκτως* —
53	*ταῦτα νενωμένου* ST	*ταῦτ' ἀναινομένου*	122	*μαλακούς*	*μαλακοὺς ἄνδρας.*

Praeterea conferas c. 3. 9. 13. 15. 21. 23. 25. 30. 45. 46. 51. 65. 71. 74. 75. 78. 80. 90. 93. 97. 98. 100. 103. 111. 112. 116. 117. 119. 120. 122.

Quas codicis T (sive S) scripturas cum paullo festinantius arripuerit editionis Weidmannianae auctor, sequitur illius editionis auctorem ne in altera quidem editione satis diligenter conatum esse verba scriptoris ad veriores codicum MPFK scripturas revocare. Nam Vaticani istius nomine quod praetendit Sancroftiani et Vindob. scripturas iam pridem cognitas ab eoque in priorem editionem receptas pertinacius retinuit. Ac nisi omnia me fallunt codex T idem est, qui numero 215 indicatur. Nam primum quidem e huius codicis scripturis, quas Carol. Diltheius ad me transmisit, effici cogique potest, codicem Vatic. numero 215 signatum et ipsum ad deteriorem codicum familiam referendum esse (id quod etiam in Vaticanum T cum Sancroft., Vindob. plane consentientem cadere patet), deinde vero etiam easdem lacunas, quibus Vaticanum n. 215 dilaceratum esse intellexi, in Vaticano T inveniri ex eo colligendum esse statuo, quod auctor editionis Weidm. e libri primi capitibus, quae omittunt deterioris familiae codices (SV Vatic. n. 215), i. e. I 46—52. 56—68. 77—79. 92—93. 96—100. 131—135. 141—177), e Vaticano suo ne unam quidem attulit variam lectionem, unde satis apparet, in hoc quoque libro inesse easdem lacunas, quibus reliquos eiusdem familiae codices mutilatos esse vidimus. Codex ille Vaticanus n. 215 (= T) folior. 395 chartaceus saec. XV exaratus est in insula Creta, id quod e subscriptione intellegitur, quae ad calcem codicis fol. 393 subiecta est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Verba haec sunt: τέλλος
σὺν θῷ ἁγίῳ. ἐγράφη διεξόδου κυροῦ ἰωάννου
πρώτου ἱερέως τῆς κρήτης τοῦ συμεονάκη. καὶ
πόνος ἰωάννου ἱερέως τοῦ σηρίγω. Ϛεπτεμρίω.

Haec igitur utcunque sunt, id primum satis firmis argumentis comprobasse mihi videor paene **ducentis quinque** locis allatis, in quibus codicem T Vaticanum Sancroftiani scripturas secutum esse docui, librum istum ad inferiorem recentioremque codicum familiam pertinere. Deinde vero etiam Steinium nugari patet, in adnotatione critica haud raro scribentem „die Handschriften ausser T“ id quod fere ubivis fictum atque commenticium est. Nam codicum lectiones diligentius intuenti religiosiusque sequenti facile apparet non solum ab uno Vaticano (T), ut Steinius fingit, sed etiam a codicibus SV istas exhiberi scripturas. Sequitur ut e conlatione huius libri prorsus inutili ne minimum quidem fructum perceperint Herodoti verba.

Reliquos codices Vaticanos signatos numeris 122. 123. 176. 332. 1359 eidem familiae attribuendos esse censeo; ac vix sperari licet fore ut horum codicum conlatione aliquid proficiatur ad Herodoti verba emendanda. Quae cum ita sint, rectissime se habere dico, quod cardinalis Passionei Wesselingio schedarum Vaticanarum appetentissimo rescripsit „eas nec admodum bonas nec priscas videri.“ Illud enim praeter cetera constare debet, quod mihi est exploratissimum, neque in Vaticana neque in Palatina ullas membranas Herodoti inveniri.

His libris antiquior esse videtur codex Mureti in colleg. Rom. societ. Ies. cat. inscriptus *ex bibliotheca Mureti*, qui cum omnibus Herodoti editoribus prorsus incognitus permansisset, nuperrime (a. 1868) repertus est opera Dilthei, cui contigit ut magnis impedimentis summa industria superatis codicem inspiceret atque accuratam libri I conlationem faceret. Est codex membranaceus, nitide descriptus, Romae in bibliotheca collegii Romani asservatus, cuius lectionibus diligenter exploratis mihi persuasi, hunc quoque codicem, quem Diltheius saec. XII scriptum esse statuit, inferioris familiae codicibus esse adscribendum, neque fefellit Diltheium, qui cum codicem conferret scripturas eius mirifice conspirare cum Sancroftianis bene intellexit.

Ac primum quidem codex Romanus eisdem fere lacunis dilaceratus est ac cod. SVT. Compara I 131—136, quorum verba in idem compendium redacta praebet cod. Rom., atque illi tres libri. Legitur enim in cod. Rom.:

I 131 θύουσι, δὲ ἡλίῳ τὲ καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ. καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ θύουσι μούνοισι ἀρχῆθεν. ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι τῇ ἕκασιος ἐγένετο. οἴνω δὲ πέρσαι κάρτα προσκέανται καί σφι οὐκ ἐμέσαι (τι eras.?) ἔξεστι. οὐκὶ οὐρῆσαι ἀντίων ἄλλου. ταῦτα μὲν οὕτω φυλάσσεται. ἐπιτηδεύουσι δὲ καὶ εὐπαθείας παντοδαπὰς πυνθανόμενοι. παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι. μέχρι εἰκοσαέτεος. τρία μοῦνα ἱππεύειν καὶ τοξεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι κτλ.

Deinde e sequentibus inde a cap. 137—177 codex Rom. plane ut codices **SV T** haec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tantum habent: *ὁκόσα δέ σφιν ποιέειν οὐκ ἔξεστι. ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι πέρσησι. αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται. δεύτερα δὲ τὸ ὀφείλειν χρέος. καὶ τὸ ἐσποταμὸν ἐνουρέειν. ἢ πτύειν. ἢ χεῖρας ἐναπονίπτεσθαι. ἢ ἄλλό τι ποιέειν. σέβονται δὲ ποταμοὺς πάντων μάλιστα. τὰ δὲ οὐνόματα τῶν περσέων πάντα τελευτῶσι ἐστωντὸ γράμμα. τὸ δωριέες μὲν. σᾶν, καλέουσι. ἴωνες δὲ σῆγμα. οὐ πρότερον δὲ παραὐτῶν θάπτεται νέκυς. πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. ταῦτα μέν νυν οὕτω τελεῖται. κῦρος δὲ. ἐπείτε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου κτλ.*

Desunt praeterea in cod. Rom. plane ut in cod. SVT libri primi c. 77—79, c. 92. 93, in compendium redacta c. 96—100, desunt c. 181—184 etc. Vitiosas codicum SVT scripturas praebet cod. Rom.:

III 6 *κεινόν* pro *κείμενον* (MPFK).
III 139 *αἰνέσας δέ* pro *αἰνέσας*.
IV 11 *πρὸς πολλοὺς δεόμενον* pro *πρὸ πολλοῦ δεόμενα* MFPK.
IV 79 *διεπρήστευσε* (sic V), *διεπίστευσε* S, *ἐπρήστευσε* MPFK.

Aliis in locis codicem Rom. optimorum codicum MPKF scripturas exhibere mihi persuasi; sequitur ut codex modo ad alteram codicum familiam modo ad alteram inclinet, qua de re conferas, quae infra de codice Parisius A accuratius exponam. Unde satis apparet, codici Romano haud magnam fidem habendam esse. Literae scripturae codicis assimilatae et repraesentatae sunt hae:



Postremum inferioris familiae librum dico eum, quo Laurent. Valla usus est ad historias in sermonem latinum convertendas. Hunc codicem, qui iam nusquam reperitur, ex eodem fonte quo Sancroftianum, Vindob. manasse cum iam Wesselingius docuerit (*ubi lacer est et hiascit Vallae liber, ibi in manuscr. Arch.* (= *S*), *Vindobonensi et plerisque Vaticanis et Oxoniensibus lacunae. Si quid in his aut praecipuum aut exorbitans, idem apud Laurentium*), hac quaestione quae ad liquidum perducta est supersedere possum.

Sequitur *tertia* codicum familia, quae cum quasi medium quendam locum inter codic. SV Vatic. Rom. Vall. ab altera parte et Medic. Pass. Flor. Ascev. ab altera teneat modo ad hos modo ad illos magis inclinans, minorem habet auctoritatem in Herodoti verbis rectius constituendis. Quorum longe princeps habendus est Parisinus A (apud Wesseling. Par. C), quo nonnullis in locis Herodoti verba emendata et ad integritatem suam revocata esse concedamus oportet. Est codex membranaceus saec. XII numero MDCXXXIII designatus (cf. Larcher Herod. *T.* I p. XXXVI). Contulit eum cum tribus aliis Parisinis Gorgiades in Schweighaeuseri usum, qui totam conlationem in suam recepit editionem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cuius Parisini (A) scripturas cum accuratius examinarem, in primo quidem libro codicem paene ubivis consentire intellexi cum scripturis codicum MPKF, rarius in altero. In reliquis vero libris (III—IX) plurimas codicis A lectiones e deterioris familiae codicibus (SV) petitas esse paucis nunc exponam peccatis eius brevi in conspectu positis. Nam easdem fere correctiones, interpolationes, glossemata, quibus codices SVF deformatos esse docui, in cod. A reperiuntur. Compara:

II	32	ὕδαι SVTA	pro	ὕδασι
	69	τοὺς ἐμπροσθίους πόδας SVTA		τοὺς προσθίους πόδας
	—	ταριχεύσαντες SVTA		ταριχεύοντες
	71	τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕτω δή τι παχύ ἐστι, ὥστε αὔου γενομένου ξυστὰ ποιέεσθαι ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ SVTA		ποιέεται
	108	ὤρυξαν SVTA		ὤρυσσον
	111	ἀνέβλεψε STA		ἀνέβλεπε
	114	τὴν σήν STA		ταύτην
	135	κομίσαντός μιν STA		κομίσαντος
	137	γενομένων SVTA		τασσομένων
	143	ἱστιᾷ SVTA		ἵσταται

Praeter hos locos conferas eiusdem lib. c. 17. 18. 43. 47. 87. 116.

III	6	κεινόν SVTA	pro	κείμενον
	15	εὗρον αὐτοῦ SVTA		εὗρον
	44	πέμψας δὲ κήρυκα λάθρῃ Σαμίων Πολυκράτης πάρα SVTA		Πολυκράτης δὲ πέμψας παρά
	—	δεησόμενος SVTA		δεόμενος
	93	ἀπαγίνεον SVTA		ἀγίνεον
	111	συλλέγειν· οὕτω μὲν τὸ κινάμωμον συλλεγόμενον ἐκ SVTA		συλλέγειν τὸ κιννάμωμον, συλλεγόμενον δὲ ἐκ
	127	λογιμωτάτους SVTA		δοκιμωτάτους
	155	διαλείπειν SVTA		διαλιπών.
IV	14	εἴπας SVTA		ποιήσας
	15	Ἀπόλλωνος SVTA		Ἀπόλλωνι
	46	λόγιμον SVTA		λόγιον
	48	ῥέοντες SVTA		ἰόντες
	59	οὐνομάζονται SVTA		οὐνομάζεται
	86	Πόντος οὗτος SVTA		Πόντος
	87	αὐτοῦ SVTA		αὐτῷ
	99	Σκυθίη SVTA		Σκυθική

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	136	προέτεινον SVTA	pro	προετείνοντο
	140	πιστεύοντες SVTA		πιστεύσαντες
	169	χώρῳ τούτῳ SVTA		τούτου χώρῳ
V	8	αἵδε SVA		αὗται
	31	ἀντὶ γάρ SVA		ἀντὶ δέ
	80	χρηστήριον SA		μαντήιον
	82	ἔφερε καρπόν SA		ἔφερε
	92	τινὰς — ὑπερέχοντες τῶν ἄλλων SA		τινὰ — ὑπερέχοντα
	109	ὅκου SA		ἐπ' οὗ
	122	αὐτὸς μέν SVA		αὐτός τε

Praeterea conferas eiusdem lib. c. 12. 91. 105. 119.

VI	7	ἐστρατεύοντο SVTA	pro	ἐστράτευον
	15	οἳ παρείχοντο μέν SVTA		παρείχοντο μὲν γάρ
	38	μετὰ δέ ταῦτα STA		μετὰ δέ
	40	χερσόνησον SVA		ἀπὸ χερσονήσου
	58	λέβητας STA		λέβητα
	97	Δῆλον STA		νῆσον
	123	ὑπολοιπούς STA		λοιπούς
	125	ἑτέροισί μιν δωρέεται οὐκ ἐλάσσοσι SVTA		ἕτερα δωρέεται οὐκ ἐλάσσω
VII	1	σῖτον καὶ πλοῖα SVTA		σῖτον
	21	πρὸ SVTA		ἐκ
	28	γεωπέδων STA		γεωπεδίων
	33	προσδιεπασσάλευσαν STA		διεπασσάλευσαν
	37	ἔφρασαν STA		ἔφραζον
	40	σύμμικτος στρατός (S?)TA		στρατός
	70	τῇσι λοφιῇσι STA		τῇ λοφιῇ
	103	παρ' ἡμῖν μὲν μούνοισι STA		παρ' ἡμῖν
	164	ὑπό STA		ἀπό
	184	τὸν μέν STA		τῶν μέν
	190	αὕτη ἐγένετο χρηστή STA		ἐγένετο χρηστή
	218	οὐδένα STFA		οὐδέν
VIII	68	ἀποδεξαμένη STA		ἀποδεξαμένην
	109	καταμείναντες STA		καταμείναντας
IX	2	ἰσχυρὰ βουλεύματα STA		βουλεύματα
	32	ἀπεικάσαι STA		ἐπεικάσαι
	55	ξείνους λέγων SA		λέγων

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De reliquis locis, in quibus A consentit cum libris SVT, conferas indicem locorum, in quibus huius familiae codices genuinas servaverunt scripturas (cf. p. 11).

Permultis his locis accurate inter se comparatis facile apparebit, codici Par. A haud magnam tribui posse auctoritatem ad verba Herodoti rectius constituenda.

Alter codex Parisinus (= B) chartaceus num. MDCXXXIV sign. exaratus est a. 1372 p. Chr. n.

Tertius (= C., apud Wesseling. A) idem chartaceus a. 1447 p. Chr. n. exaratus est; de quo Schweighaeuser. in praef. I p. XXXIV ita scribit: *Est hic codex eiusdem familiae cum eo quem primo loco nominavi; et licet aetate sit recentior, tamen bonitate haud multum eidem cedit; atque usu etiam nobis interdum venit ut probatissimas lectiones ex illo potuerimus proferre, quas ex altero non reperimus enotatas.* Num. MDCXXXV signatus est.

Quartus codex Parisinus (= D sive Pd) chartac. scriptus est a. 1474 p. Chr. n. (signatus est n. MMCMXXXIII).

Quintus codex recentissimus (= E sive Pe) lib. I c. 1—87 continet. Quibus

Sextus accedit liber Parisinus, qui ex Herodoti Musis continet fragmenta haud pauca (Fragmentum Parisin. apud Wesseling.).

His subiungam Ambrosianum (= G) et Urbinatem (= U) codices, quorum scripturas, e duobus tantum libris depromtas, exhibet editio Weidmann. Unde cum haud multum fructus ad Herodoti verba emendanda redundaturum esse mox intellexisset is qui contulit, reliquorum librorum conlationem omisit.

Praeter libros, quos supra commemoravi, supersunt nonnulli parum accurate explorati.

Quorum primus est cod. Venetus apud Wesseling., cuius lectiones ex Zanetti catalogo bibliothecae S. Marci ductae sunt nec ultra lib. I c. 32 progrediuntur. Est liber membranaceus, saec. XV, signatus n. CCCLXIV. Baehrius, qui codicem inspexit, eum melioris conditionis esse suo iure negavit (cf. Her. vol. IV 489).

Sequitur Remigiensis liber chartaceus saec. XV exaratus, qui priores duos libros et magnam tertii partem complectitur. Desinit in lib. III c. 70. Propior videtur esse codicibus MPFK, quanquam haud raro cum deterioris familiae codicibus consentit Asservatur in monast. S. Remigii congregationis S. Mauri in Francia.

Tertius commemoratur codex Etonensis, cuius Galeus perpaucas enotavit scripturas (in edit. Londinens. 1679), cum Gaisfordio communicatas. Ac mea quidem sententia neque Etonensis neque Palatinus, cuius lectiones subiecit Creuzerus Commentationibus Herodoteis, digni sunt qui accuratius inspiciantur atque conferantur.

De duobus Oxoniensibus Herodoti libris chartaceis, saeculo XV exaratis et n. CXIV et CII signatis nihil compertum habeo. Cf. Coxe catalog. codic. manuscr. bibl. Bodlei. I 186. 679.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf